This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIB
Digitized by Google

Digitized by Google

H.N. 592

H N. 592

8° 116

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

. HN 692

BOTANICVM MONSPELIENSE.

U. B. GENT

Digitized by Google

581.g [illegible] (44)

Digitized by Google

HN 592

BOTANICUM MONSPELIENSE.

SIVE PLANTARUM Circa Monſpelium naſcentium INDEX.

In quo Plantarum NOMINA meliora ſeliguntur: LOCA, in quibus Plantæ ſpontè adoleſcunt, tum à prioribus Botanicis, tum ab Authore obſervata indicantur: & præcipuæ FACULTATES traduntur.

Adduntur variarum Plantarum DESCRIPTIONES ET ICONES.

Cum APPENDICE quæ Plantas de novo repertas continet, & errata emendat.

Authore PETRO MAGNOL, Doctore Medico Monſpelienſi.

MONSPELII,
Ex Officinâ DANIELIS PECH.
Impenſis
PAULI MARRET Bibliopolæ Monſpelienſis.

M. DC. LXXXVI.
Cum Superiorum Permiſſu.

U. B. GENT

Digitized by Google

PRÆFATIO.

CVM plantarum familia medicamentorum materiæ potiſſimam partem ſuppeditet, earum cognitionem Medico apprimè neceſſariam eſſe putamus; quamvis enim remedia non pauca ex animalibus parentur, quæ certè egregia sũt, & quibus citra damnum Medicina carere nequit: nimia tamen plerumq; eſt eorum cum corpore noſtro affinitas, quàm ut medicamentorum vice fungi poſſint: Contra verò metalla & mineralia, corpus noſtrum, à cujus naturâ multùm abhorrent, vehementiùs exagitant, eique labem inferre apta nata ſunt, licèt etiam hæc ipſa poſtquam ignis ope domita ſunt, & à ſolerti artifice probè tractata, remedia nonnulla

Digitized by Google

præbeant admodum ſtrenua, quæque modò cautè adminiſtrentur, interdùm ea præſtare valent quæ vix ab aliis expectare liceat. Inter hæc extrema, plantæ medium locum obtinere videntur, nec enim ita facilè ac animalium partes in corporis noſtri alimentum faceſſunt, faciliùs tamen ab eo ſubiguntur, quàm metalla & mineralia, quæ nobis inſita virtus vix ac ne vix quidem, niſi admodum leviter attingere, multò minùs immutare, ac vincere poteſt.

Intereà plurimi contendunt eas tantùm ſcitu neceſſarias eſſe, quæ paſſim in Officinis receptæ ſunt, cæteras verò quarum longè major eſt numerus, velut inutiles abjiciunt, eóſque non levis imprudentiæ reos eſſe putant, qui harum cognitionem diligentiùs excolunt. Sed quis auſit affirmare plantas illas, quæ minùs uſuales ſunt, nullis virtutibus eſſe præditas; ego ſanè induci non poſſum ut credam, in tanto numero eas ſolùm bonas eſſe quibus vulgò utimur, & quarum plurimæ ab exteris

Digitized by Google

regionibus petuntur, quaſi ferax illud ſolum in quo vivimus, ea non producat quæ morbos ſanare valeant, cùm alia quæ ad victum & voluptatem inſerviunt, liberaliſſimè profundat; libentiùs in animum induxerim, inter plantas quæ pro viliſſimis habentur, & pedibus conculcantur, multas repertum iri in quibus virtutes eximias latuiſſe comperietur: Hoc autem non temerè credimus, quandoquidem etiam hoc ævo plantæ non peregrinæ tantùm, ſed etiam noſtrates feliciter & ſummo cum ægrorum levamine uſurpari cæperunt, quæ priùs vel ignotæ erant, vel pro inutilibus habebantur: ut alias taceam quarum virtutes non contemnendas propriâ experientiâ didicimus.

Plantarum utilitate ſic vindicatâ, multo tempore ad eas mediocriter cognoſcendas opus eſſe concedimus, ſic tamen ut quemlibet minùs deſidioſum, modò negotia ſua rectè dividat, huic ſtudio, aliiſque gravioribus quibus ingenium aſſiduè intentum eſſe nequit, ſufficere poſſe creda-

Digitized by Google

mus. Non decet etiam plantarum cultorem labores detrectare, quos ad ipſas in locis natalibus inviſendas oportet ſuſcipere; dulces enim iſti labores mercedem adjunctam habent, nec enim ſemper circa fœdas paludes oberramus, aut ſoles æſtivos patimur; ſed interdum etiam amœniſſima loca luſtrantes, umbram & frigus capimus. Præcipua tamen voluptas quâ fruuntur plantarum amatores, ex ipſarum contemplatione naſcitur; vix enim dici poteſt, quàm ſuave ſit in agris ambulanti, aut ibidem verſanti, plantarum ferè omnium quæ ſeſe oculis offerunt, nomina & formas meminiſſe, & multarum virtutes perſpectas habere: nec minùs jucundum eſt, ignotas anteà quærentem invenire, quibus inveſtigandis dum intentus eſt animus ſciendi ſemper cupidus, laborum obliviſcitur, & curas quibus miſerè diſtrahi ſolet, procul abjicit: huc accedit quòd curioſus naturæ indagator ex diligenti plantarum inſpectione innumera colligere poſſit, quæ ad cauſas rerum na-

Digitized by Google

turalium eruendas, haud mediocriter inſerviant; adeóque non veremur affirmare plantarum cognitionem quæ ad hiſtoriam naturalem pertinet, etiam utilitate quam multam habet ſepoſitâ, per ſe dignam eſſe cui Philoſophus animum applicare non gravetur.

Nihilominùs ut pateat nos iſta candidè & ſine præjudicio ſcripſiſſe, præcipuas difficultates quæ nos in addiſcendis plantis tamdiù morantur, apertè declarabimus. Enimverò ingens & inexhauſtus earum numerus ſæpè doctiores eò adegit ut ignorantiam fateri coacti ſint: non enim tantùm cognoſcendæ ſunt, quæ ſpontè in agris noſtris naſcuntur, ſed illæ etiam quas ab exteris regionibus delatas in hortis diligenter colimus; ejus magnitudinem ut meliùs aſſequi poſſis, vide quàm multas in agro Monſpelienſi hactenus obſervare licuit. Difficultatem non parum auget nimia plantarum affinitas; multæ enim ſunt quæ in foliis, floribus, & ſeminibus tantam habent cum aliis

Digitized by Google

ſimilitudinem, ut inde orta confuſio, plurimos in errorem induxerit, & oculatioribus aliquando imponat. Quis tamen difficultates vel multùm imminutas, vel omninò ſublatas non crederet poſt tot volumina quæ diverſis temporibus hac de re ſcripta ſunt; contrà tamen factum eſt ut novæ difficultates inde exortæ ſint; itaque permultæ plantæ nominantur à Crateva, Dioſcoride, Theophraſto, & Plinio, quas nondum agnoſcere potuimus, quia nimirum veteres illi plantarum indagatores earum deſcriptiones, vel nullas omninò, vel mancas reliquerunt. Iam circiter ſæculum elapſum eſt, ex quò plantarum cognitio, anteà obſcura & neglecta illuſtrari cœpit; multi igitur doctiſſimi Viri huic operi ſe totos addixerunt, & longis itineribus ſuſceptis, nec laboribus nec ſumptibus pepercerunt ut plantas inviſerent, de quibus tot præclara ſcripſerunt volumina, ut vix ulla ſcientia tam brevi temporis ſpatio diligentiùs exculta ſit; non potuit tamen ad ſummam perfectionem

Digitized by Google

tam ſubitò deduci, quin adhuc in eorum ſcriptis aliqua deſiderentur, ubi plures diverſæ plantæ propter affinitatem, & deſcriptionum ab aliis traditarum brevitatem, aliquando confunduntur; contrà verò quia pro diverſitate locorum quædam variare ſolent, earum ſpecies multiplicatæ ſunt. Plurimum tamen eorum laboribus nos debere fatendum eſt, ſine quibus in tenebris adhuc jaceret plantarum cognitio; nec minùs debebimus doctiſſimis Botanicis qui in variis Europæ partibus ad idem opus augendum, & illuſtrandum deſudant; avidéque expectamus plantarum hiſtoriam, cui concinnandæ Regia Academia jamdudum incumbit: In hac enim, prout accepimus, figuræ elegantiſſimæ variam plantarum accretionem demonſtrabunt, veterum & recentiorum nomina cum integra deſcriptione apponentur, locus, cultura, aliáque curioſa docebuntur; imprimis autem virtutes penitiùs inquirentur quàm antehac ab ullo factum eſt. Quantum autem fore exiſti-

Digitized by Google

mamus opus illud cui perficiendo & adornando manum admovet Clariſſimus Vir Dom. MARCHANT, cujus eximiam quam in plantis habet ſolertiam omnes norunt. Cùm igitur ab aliis tam grandia expectemus, quo impulſu opuſculum hoc ediderimus, paucis aperire convenit: hoc autem amicorum inſtigatione præcipuè factum eſt; hi enim exiſtimantes ſe multùm eo juvari poſſe in cognoſcendis & inveniendis plantis, quibus multùm delectantur; me adeò enixè rogarunt, ut tandem eorum precibus victus, illud in lucem prodire paſſus ſim, quod eò libentiùs feci, quia ratus ſum me eâdem operâ non leviter adjuturum Studioſos, qui è longinquis regionibus ad Medicinæ Scholam quæ à pluribus ſeculis in hac Vrbe floret, frequentes confluunt; alióſque etiam peregrinos quos eadem voluptas tenet. Quapropter hîc non recenſeo plantas quas Gebenna & Pyrenæi montes alunt, quamvis hæ nobis inviſæ non ſint, nec eas etiam quas in Gallo-Provincia, & inſulis

Digitized by Google

vicino littori adjacentibus obſervavimus, hoc enim ab inſtituti noſtri ratione alienum eſſet, ſed eis contentus ſum quæ in agro Monſpelienſi, & quibuſdam locis parum ab eo diſtantibus reperiuntur; hæc enim loca quæ illuſtriſſimorum Virorum Cluſij, Lobelij, utriuſque Bauhini, aliorúmque magni nominis Virorum peregrinationibus, & ſcriptis celebria facta ſunt, ſatis amplam materiam nobis præbuerunt. In hoc igitur tentamine plantarum nomina quæ apud Authores varia occurrunt, non omnia quidem, ſed quæ magis appoſita videbantur, ſelegimus, eáque præſertim quæ ſunt velut compendioſæ plantarum deſcriptiones. Loca patriis nominibus notata, quàm accuratè fieri potuit deſignavimus, & virtutes leviter attigimus; quædam etiam plantæ quas nuſquam apud Authores offendere licuit, à nobis nominatæ & deſcriptæ ſunt, eiſque figuras appingi curavimus. Denique non paucos Authorum lapſus obſervamus, pluréſque notare in promptu

Digitized by Google

erat, ſi operis ratio permiſiſſet. Nolumus tamen eorum famam obſcurare, multóque minùs verbis contumelioſis eos lacerare, quod facinus eſſet generosâ indole prorsùs indignum, cùm nemo ſit qui ſe ab omni errore immunem eſſe gloriari poſſit; quaré vehementer rogamus, ut errata noſtra eâdem æquanimitate reprehendantur, quâ nos erga alios uſi ſumus: quòd ſi ita contingat, & laborem noſtrum profuiſſe intelligamus, nos ejus non pœnitebit, & fortè his majora, Deo juvante, auſpicabimur.

Digitized by Google

EXPLICATIO NOMINVM Authorum in hoc Opere citatorum.

AD. *Authores Adverſariorum Pena, & Lobelius.*

B. Prodr. *Caſparis Bauhini Prodromus.*

B. Phytop. *Caſparis Bauhini Phytopinax.*

Cam. *Ioachimi Camerarij Hortus Medicus.*

C. B. Matth. *Caſpar Bauhinus in Matthiolum.*

C.B. Theat. Bot. *Caſparis Bauhini Theatri Botanici liber primus.*

Clvs. *Caroli Cluſij hiſtoria plantarum.*

Clvs.Cvr.Post. *Cluſius in curis poſterioribus.*

Col. *Fabius Columna.*

Corn. *Iacobi Cornuti plantarum Canadenſium hiſtoria.*

Diosc. *Dioſcorides.*

Dod. *Dodonæi Pemptades.*

Eyst. *Hortus Eyſtettenſis.*

Fvchs. *Fuchſij hiſtoria.*

Gal. *Galenus.*

Ger. *Gerardus.*

Ges. *Geſnerus.*

Hort. Reg. Bles. Avct. *Hortus Regius Bleſenſis auctus à D. Moriſon.*

Hort. Reg. Paris. *Hortus Regius Pariſienſis.*

I. B. *Ioannis Bauhini hiſtoria plantarum.*

Digitized by Google

LACVN. *Lacuna.*

LOB. in AD. *Lobelius in Adverſariis. Vide* AD.

LOB. OBS. *Lobelij Obſervationes.*

LOB. IC. *Lobelij Icones.*

LOB. ILLVSTR. *Lobelij ſtirpium illuſtrationes à* GVIL. HOVV.

LVGD. *Hiſtoria plantarum generalis Lugdunenſis.*

MATTH. *Matthiolus in Dioſcoridem.*

MORIS. *Præludia Botanica, & plantarum umbelliferarum diſtributio nova Roberti Moriſon.*

PARK. *Parkinſonus.*

PAVL. BOCC. *Icones, & deſcriptiones panltarum à Paulo Boccone.*

PIN. *Caſparis Bauhini pinax Theatri Botanici.*

PLIN. *Plinius.*

PON. *Ioannis Pona deſcriptio montis Baldi.*

RIV. *Riverij praxis medica.*

ROND. *Rondeletius de piſcibus.*

TAB. *Tabernæmontani icones.*

THAL. *Thalij ſylva Hercynia.*

THEOPH. *Theophraſtus.*

TRAG. *Hieronymus Tragus.*

Digitized by Google

INDEX PLANTARVM
Circa Monſpelium naſcentium.

A

ABSINTHIVM ſeriphium Gallicum PIN. tenui-folium marinum Narbonenſe I. B. quod ſemine prægnans menſe Auguſto circa mare Monſpelij vidit: tota ora noſtra maritima hanc Abſinthij ſpeciem uberrimè nutrit, vulgò *auſſen marin*. Figura I. B. bona eſt, figura Abſinthij ſeriphij DOD eſt Abſinthij tenui-folij Auſtriaci CLVS. Abſinthium Ponticum MATTH. quod à Medicis vſurpatur, propter minorem quem habet amarorem, & propter odoris ſuavitatem, calefacit primo ordine, ſiccat ſecundo, multos hydropicos eóſq; ferè deſperatos opiatâ Abſinthij curatos gloriatur MATTH. Ventriculi amicum, vermium autem inimicum omnes ſciunt; aqua diſtillata manè jejuno ventriculo ad cochlearia duo exhibita appetentiam excitat. Iſtud maritimum calidius eſſe, odor, & natalis locus ſatis indicant, ex quo ſal Abſinthij à plurimis conficitur.

ACACIA trifolia PIN. Aſpalathus ſecunda trifolia I. B. copioſè reperitur in ſterilibus locis

vulgò *garrigues* dictis, inter *Saint Hubery* & *Beziers*, juxta viam regiam, Maio & Iunio menſibus cùm flore: quamuis autem hæc octo circiter leucis à Monſpelio diſtet, propter elegantiam in noſtro catalogo addendam putavimus, ut illic Curioſi invenire faciliùs poſſint.

Acanthium Matth. ſpina alba tomentoſa latifolia ſylveſtris Pin. Monſpelij obſervavit I. B. quod importunè quotannis propinquiores agri & fimeta Vrbi circumpoſita producunt. Calidæ & ſiccæ naturæ cenſetur: dicamus de Acanthio quod de omnibus carduis dicit Trag. (eſt enim verè carduus) radices & ſemina præcipuè venenis adverſari; decoctum radicum & foliorum potum, ad opiſthotonon commendat Diosc.

Acanthium Illyricum Ad. Spina tomentoſa altera ſpinoſior Pin. in aſperis & ſaxoſis ſupra Caſtrumnovum, vulgò *Caſtelnau* oritur; & in via quâ itur ad Villamnovam, vulgò *Villenove*, vſque ad ſtagnum Magalonæ vicinum; circa pagum *Peranls* dictum, multiſque ſicciorîbus locis circa Salenovam æſtate floret. Eaſdem cum præcedenti vires obtinére veriſimile eſt.

Acanthus ſativus Pin. Branca vrſina Italorum Trag. abundare dicit I. B. Monſpelij in hortis, & in quibuſdam muris ubi florentem vidit menſibus Aprili, Maio, & Iunio: Inter oliveta Monſpelienſibus mœniis proxima ſpontè tantum provenientem, ſuo olim tempore, vt & exeunti Ægidiâ portâ, vulgò *Pile ſaint Giles*, inter fontem & rivulum prope muros annotaverat Lob. *in Ad*. vbi colligebant Pharmacopœi

pro enematum decoctionibus(eſt enim ex emollientium claſſi) Iam hortis facta fuit indigena; ipſius temperiem in calidi & frigidi quaſi medio conſiſtere docet Dod. mammarum inflammationibus ſummè vtilis.

Acer major Dod. majus, multis falsò platanus I. B. in declivibus umbroſis montis *Capouladou* inter ipſas rupes emergit: Qui de Aceris virtutibus loquuntur, in hepatis doloribus felici cum ſucceſſu applicari poſt Plin. teſtantur.

Acer campeſtre & minus Pin. in ſylva Valena oritur, quâ itur ad pagum *Viols* dictum; vidimus etiam vltra pontem, *de ſaint Ieau de Vedas*, fluvium ſequendo ad dexteram, in pratis ſub magnis rupibus ſitis.

Acer Monſpeſſulanum Lugd. & I. B. trifolia Pin. in rupibus ad lævam Caſtrinovi poſitis juxta Ledum amnem ſæpiùs vidimus; ideò Monſpeſſulanum vocat Lugd. quòd in ſylva Monſpelienſi *Valenâ* nuncupatâ (in qua paſſim reperitur) proveniat.

Acetosa arvenſis lanceolata Pin. minor Matth. abundè creſcit in luco Gramuntio, & aliis locis incultis Maio & Iunio menſibus cum flore. Frigida & ſicca ſecundo ordine ſtatuitur: bilem refrigerat & attenuat, idcircò hepatis calorem temperat, bilioſis & peſtilentibus febribus medetur; acidior eſt hæc aliis, quare addit Lugd. In medicos uſus pluſquam cæteræ eſt expetita, vulgò *Agrette ſauvage*.

Acetosa lanceolata anguſtifolia Pin. minima prima Tab. eam cum cauliculis per terram ſparſis deſcribit C. B. *In Prodr.* Ideò res

Digitized by Google

pentem vocat, noſtra verò non repit: eandem cum ſuperiori plurimi arbitrantur, quod an verum ſit dubius hæreo, cùm utramque plantam in hortulo nondum coluerim: Illud ſolùm dicam, quòd iſtam in herbidis ſatorum marginibus intra lucum Gramuntium ſitis, prope caſtellum inveni; in humidiori & pinguiori ſolo Maio menſe cum flore, quæ parvitate & tenuitate tantùm à ſuperiore diſtabat, ut diverſam arbitratus fuerim.

Acetosa rotundifolia hortenſis Pin. Oxalis folio rotundiore repens I. B. in ſummitate Montis Lupi in ipſis rupium fiſſuris naſcitur, prope Sacellum.

Acetosa maritima foliis ſinuatis & dentatis, Lapathum maritimum ſinuatum I. B. quod *Cherl.* Iunio cum flore collegit circa *Aigueſmortes*. Lapathum maritimum fœtidum C. B. *in Prod.* quod in maritimis non longè Monſpelio provenire dicit: propter aciditatem quam habet, ad Acetoſam retulimus. In ſabuloſis monticulis parum vltra Cetium montem collegimus, quos reptatu ſuo occupat.

Acorus adulterinus. Vide *Iris paluſtris lutea*.

Adiantum foliis coriandri Pin. Capillus Veneris verus Ad. in rupium, fontium, puteorum labris vel aſperginibus Monſpelij provenire optimè notant Ad. Lugd. & I.B. vnde Syrupus quotannis pro tota Gallia, exteriſque Nationibus præparatur. In caliditate & frigiditate moderatum cenſet Gal. *Mirum*, inquit Lugd. *Quantum in thoracis affectibus, hepatis, renum-*

Digitized by Google

que juvet. Quod DIOSC. his verbis innuit, *Prodeſt ſpirandi difficultati, ſuſpirioſis, lieni, & felle ſuffuſis, & vrina difficili.* Ex eo ſal præparatur ad hepatis & lienis obſtructiones commendatum, vulgo *Capillaire*, inter quinque Capillares præſtantiſſimum.

ADIANTVM nigrum AD. foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro PIN. Oritur in ingreſſu luci Gramuntij, ad dexteram iuxta humidam vineæ contiguæ marginem; ſed abundantiùs multò in ſylua Valena, pro vno ex quinque Capillaribus à Medicis recipitur.

ADONIS recentiorum Anemone ſpecies AD. flos Adonis vulgò CLVS. Adonis hortenſis flore minore, atro-rubente PIN. in via Laterenſi, prope furcas Caſtrinovi, circa Salenovam, & alibi in ſatis paſſim ex ſemine deciduo menſe Ianuario reſurgit: Aprili & Maio floret. De hoc intelligendus eſt CLVS. dum Adonidem in Gallia Narbonenſi oriri tradit; altera enim ſpecies quæ phœniceis eſt floribus, non niſi in hortis colitur. Studioſi eruditi Monſpelienſes Anemonen ſtatuebant, vt referunt AD. CLVS, & I. B. Calidum & ſiccum ſecundo ordine, & ad calculum utilem dicunt, ſed DOD. non multùm calidum ex guſtu arbitratur.

AGERATVM, foliis ſerratis PIN. Eupatorium Meſuæ verum Monſpelienſibus AD. circa Monſpelium menſe Septembri adhuc florés obſervaverat I. B. in via pontis Villænovæ, aliiſque ferè omnibus humidis & argilloſis, Auguſto, & Septembri menſibus cum flore frequentiſſimum eſt; eum annotavit ibidem C.B *In Pin.*

Digitized by Google

corymbis longioribus, magiſq; compactis, quod ideò quibuſdam, Ageratum foliis ſerratis Monſpelienſium majus pallidè luteo flore, dicitur. Calidum & ſiccum ſecundo ordine ex odore, & ſapore amaro vult Dod. Vrinas movet, & ad Abſinthij vires accedit.

Agrifolium vulgò dictum, ſive aquifolium I. B. Ilex aculeata baccifera folio ſinuato Pin. Monſpelij provenire notat I. B. Invenimus inter umbroſas rupes montis *Caponladou*. Baccæ calidæ & ſiccæ ſunt, & ad dolores colicos vtiles; diſcutiunt enim, & pituitoſos humores educunt, ex cortice fit viſcum ad aucupia.

Agrimonia. Vide *Eupatorium*.

Alaternus. Vide *Philyca*.

Alcea vulgaris I. B. quam Monſpelij vidit, vulgarem hanc dicere poſſumus, quia tum in herbidis umbroſis, tum in ſiccioribus ac ſole illuſtratis ſatorum & vinearum ſepibus paſſim occurrit, Auguſto & Septembri menſibus cum flore. Huius radix dum novella eſt planta, ſingularis eſt, ut in figura I. B. dum autem per aliquot annos duravit, radicem habet qualem appinxit Clus. ſuæ Alceæ fruticoſæ cannabino folio. Citra inſignem caliditatẽ aut frigiditatem exſiccare dicit I. B. ac emplaſticorũ conſiſtentiam obtinere. Radices cum vino, aut aquâ potæ, dyſentericis, ruptiſque mederi, docet Diosc.

Alcea villoſa Dalech. Lugd. hirſuta Pin. copioſam invenit *Cherler*. vt habet I. B. *In append. lib.* 23. In vinetis circa Monſpelium, ſiccioribus præſertim, & in collem ſqualidum elatis, abundè oritur in locis vulgò *garrigues* dictis.

ſcilicet *la Colōbiere, Mommau, la Valette,* & aliis, in quibus Maio & Iunio menſibus tum floribus purpureis, tum floribus albis ſæpiùs collegimus.

Alchimilla minima montana Col. *Percepier* Anglorum Ad nullam ſimilitudinem cum Chærophyllo invenire licuit, cujus nec habet folia, nec flores, nec ſemen; Chærophyllo tamen nonnihil ſimilem dicit Pin. fortè quia, ut habet Lob. *In Ad.* figura ei Cerefolij nuper nati proxima eſt. In ſatis intra lucum Gramuntium verno tempore paſſim nobis occurrit. Vehementer, & repentè urinas ciere dicunt.

Alcionium ſpongioſum Officinarum I.B. primum Pin. littus maris ad montẽ uſq; Cetium perluſtrãdo non ſemel invenimus. Calidũ & acre ſtatuit Gal. ideò potenter reſolvit, & abſtergit.

Alcionium duodecimum, ſive Burſa marina Pin. Algæ pomum Monſpelienſium I. B. Pulmo marinus alter Rondel. auſtro paulò vehementiùs flante in littore paſſim conſpicitur: vulgò *Iranges de mar.*

Alcionium decimum-quartum Pin. Pila, ſive ſphæra marina I. B. cujus vitioſa figura; in toto littore frequens eſt, vulgò *Paume de mar.*

Alcionium decimum-quintum, ſive pila marina ex ampullis conſtans ad ſpumæ ſimilitudinem Pin. Veſicaria marina I.B. cum aliis maris purgamentis ejectum ſæpiùs collegimus. Aliæ ſeſe offerunt in noſtris maritimis Alcionij differentiæ, quas Curioſis indagandas & diſtinguendas relinquimus.

Alga anguſtifolia Vitriariorum Pin. Fucus ſive Alga graminea Lugd. hanc à Monſpelien-

Digitized by Google

ſibus fœnum marinum, & paleam marinam vocari refert. Toto tractu maritimo ad Aquas marianas, & in univerſis penè littoribus nihil vilius & frequentius eſſe fluctuante algâ, rectè dicit I. B. in ſtagno multò minor & anguſtior eſt, quam ulvam vocat. Ruſtici à mari ejectam raſtellis accumulant, ex qua fimum præparant, quo agros nimiâ frugatione emaciatos reſtituunt, vt teſtatur optimè LVGD. Inſigne remedium & expertum adverſus cimices, & pulices dicit LACVN. vulgò *Bauque*.

ALGA longiſſimo, lato, tenuíque folio PIN. cum maris purgamentis non longè à montis Ceti radice collegit C. B.

ALGA criſpa, ſcabioſâ rubra & pallida I. B. an membanacea ceranoides PIN. aliquot plantas ex tractu noſtro maritimo attulit *Cherl*. I. Bauhino. Nos albam & rubram copioſè invenimus verſus montẽ Cetiũ, cum aliis maris purgamẽtis.

ALIPVM montis Ceti. Vide *Thymelæa foliis acutis*.

ALLIARIA PIN. circa Lateram in herbidis & umbroſis ſatorum, & pratorum ſepibus oritur, ac vere floret: viderat copioſè Martio menſe florentem circa Monſpelium I. B. Calefacit & exſiccat ſecundo ordine, abſtergit, & vlcera putrida mundat. Folia enematum decoctionibus incoqui ad colicos, & nephriticos dolores ſedandos notat DOD. quod non improbandum putamus, dum adſunt humores craſſi & viſcidi, quos incidere, & attenuare poſſe, manifeſtæ, quas habet qualitates probant.

ALLIVM bicorne proliferum flore intùs albeſcente cum ſtria purpuraſcente externè I. B.

Digitized by Google

allium ſive moly montanum tertium Clvs; cujus figura noſtrum optimè repræſentat: Iunio menſe cum flore, & bulbulis paſſim invenimus, in vineis quæ ſunt vltra portam Vrbis dictam *du Peirou*, & in aliis quamplurimis. Ad allij ſativi vires accedere gravis odor declarat. Allij vulgaris magnæ ſunt utilitates, ut ex Plinio refert Lvgd. Calefacit & exſiccat, ſtomachum exſiccat, venenis adverſatur, vnde meſſorum dicitur antidotum.

Allivm montanum bicorne flore obſoletiore Pin. montani quarti ſpecies ſecunda Clvs. in ſterilibus herbidis prope *la Valette* ſub magnis rupibus, juxta Ledum amnem Auguſto menſe cum flore collegi, tum & in vinearum, & ſatorum ſepibus circa rivulum dictum *riu coulon*.

Allivm ſylveſtre Monſpeſſulanum albidum I.B. repertum dicit Aprili florens in monte non longè à *Villeneufve*, quâ itur Frontignanum.

Allivm juncifolium bicorne luteum Pin. Monſpelio allatum ſibi dicit C.B. *In Prod.* Æſtate conſpicitur in ſatorũ marginibus ſupra Boutonetum, & alibi; minori tamen quàm aliorũ copiâ.

Allivm ſive moly montanum quintum Clvs. Sylveſtre ſphærocephalum purpureum I. B. Iunio & Iulio menſibus cum flore copioſè inveni inter ilices cocciferas loci dicti *la Colombiere*; oritur etiam ſparſim in ſatorum, & vinearum marginibus.

Allivm ſylveſtre, ſive moly anguſtifolium umbellatum Pin. Moly Dioſc. Clvs. juxta ſepes umbroſas prope Frontignanum viâ quâ itur *Baleruc*, Maio menſe cum flore collegi.

Digitized by Google
U. B. GENT

Allium ſiluestre ſiue Moly Minus
roſeo amplo flore



Digitized by Google

Nullam allij ſylveſtris, ſive moly ſpeciem, huic noſtro ſimilem in Authoribus quos vidi, reperire licuit; idcircò eius figuram cum deſcriptione addendam putavi. Bulboſa radix plurimos alios bulbulos producit, è qua folia anguſtifolij umbellati foliis latiora; oblongiora, & omninò glabra oriuntur. Caulem habet pedalem & ſeſqui-pedalem, cui inſidet veluti umbella florum ſex foliis roſeis multò quàm præcedentis majoribus & amplioribus conſtantium, cum totidem ſtaminibus, & apicibus luteis. Antequam marceſcant flores, plures in eodem capite ſimul roſei, alij albi videntur, gratum odorem ſpirantes. Plurimum oritur in vineis quæ ſunt circa *la Colombiere*, & *Mommau*, & Maio menſe floret.

Allium ſylveſtre ſive moly moſchatum capillaceo folio Pin. hic vulgò moly zibethinum dicebatur; in collibus Monſpelio vicinis provenire dicit C. B. *In Prodr.* ibidem nempe in Nitiobrigum agri collibus Lob. *in Ad.* obſervaverat. Copioſè florens menſe Septembri invenimus in locis ſiccis & ſquallidis, *à la Colombiere*.

Alnus rotundifolia glutinoſa viridis Pin. ſub monte *Capouladou* ad ripam fluvij *Herau* dicti, creſcit: folia refrigerant & exſiccant, inflammationes extingunt: nudis plantis pedum ſuppoſita, viatoribus magno eſſe levamento dicit Lugd. Ad dolores podagricorum demulcendos, plurimi utuntur.

Alni effigie lanato folio major Pin. aria Theophraſt. effigie Alni Ad. in ipſis rupium fiſſuris montis *Capoùladou* paſſim oritur, & Maio

menſe floret : fructus aſſervati, tuſſes non aliter quàm jujubæ leniunt.

Alni effigie lanato folio minor Pin. Amelanchier Galloprovinciæ Ad. Copiosè reperitur in ſylva Valena, viâ quâ itur ad pagum *Viols*, in monte *Capouladou*, & inter rupes quæ ſunt circa *Grabels* iuxta fluvium, Iunio & Iulio menſibus cum fructu.

Alsine hederulæ folio Pin. Morſus gallinæ folio hederulæ Ad. in hortis odioſa eſt, & paſſim ſecundum omnes vias menſibus Februario, Martio, & Aprili floret.

Alsine veronicæ folio, floſculis cauliculis adhærentibus Pin. vulgò *Cor Amoris* dicitur, ob capſulæ cor exprimentis figuram; eodem tempore, & in iiſdem locis oritur.

Alsine chamædryfolia floſculis oblongis pediculis inſidentibus Pin. iiſdem etiam (cum prioribus) natalibus gaudet, & importunâ fœcunditate cum oleribus toto vere luxuriat.

Alsine triphyllos cærulea Pin. ſemel tantùm inveni, primo vere in herbido colle ultra pontem Salenovæ ad dexteram, prope *Caunelles*.

Alsine vulgaris ſive morſus gallinæ I. B. media Pin. hæc adeò vulgaris & frequens eſt in omnibus locis, vt pueris etiam nota ſit, quam *mourillons* vocant: eáque ineunte vere aviculas reficiunt. Alſine, ut docet Gal. facultatem obtinet refrigerantem & humectantem, eſt enim eſſentiæ aqueæ: quocirca ad ferventes phlegmonas, & eryſipelata inſervit; oculorum inflammationibus utilis, ex Diosc. Quas vires, aliis etiam ſpeciebus convenire Botanici arbitrantur.

Digitized by Google

ALSINE plantaginis folio I. B. in his præcipuè differt à media, quod tres nervuli per folium decurrunt plantaginis ritu, & ſemen eſt in capitulis rotundis parvum, ſubnigrum, lucidum, reniforme. Reperitur in umbroſis rupibus Valenæ ſylvæ circa *Caravettes*, & in aliis rupibus umbroſis iuxta fluvium *la Mauſſou*, ultra pontem *de ſaint Ieán de Vedas*, Maio menſe cum flore, & ſemine.

ALSINE minor multicaulis PIN. minima DOD. Monſpelij ſpontè in Cœnobiis menſe Aprili florere obſervavit I. B. cujus figura tranſpoſita eſt. In veteribus muris, & ſepibus umbroſis circa Boutonetum, aliiſque pluribus in locis reperitur.

ALSINE tenuifolia I. B. an nodoſa Germanica PIN. Monſpelij Aprili florens in agris occurrit Ioanni B. cum minima DOD. paſſim naſcitur circa Boutonetum.

ALSINE tenuifolia muſcoſa PIN. in ſatis luci Gramuntij, & in plurimis muſcoſis locis Maio & Iunio menſibus collegimus.

ALSINE nodoſa Gallica PIN. plurimam in agro Monſpelienſi gigni dicit LVGD. Neſcio autem ubi tantam viderit copiam circa Monſpelium, cùm nullus alius Botanicus (quamvis ſedulâ adhibitâ perquiſitione) eam adhuc adinvenire potuerit: verendum ne parum hanc plantam perſpexerit LVGD. ideò I. B. de ea non loquitur inter Alſines, ſed ad librum 21. refert inter Rapiſtri ſpecies.

ALSINE ſpergulæ facie, ſive ſpergula minor floſculo ſubcæruleo B. *Prodr.* circa Vrbem

juxta vias, & hortorum muros ſæpiùs oritur; Maio & Iunio menſibus, tum etiam autumno floret.

Alsine ſpergulæ facie media Pin. marina Lvgd. menſe Septembri reperit apud lacum ſalſum prope Monſpelium, quà ad mare itur, I. B. In maritimis circa Peraulz, & Lateram paſſim totâ æſtate cum flore & ſemine, imò & autumno invenitur: huiuſce autem ſemen eſt foliaceum fuſcum cum circulo foliaceo albo, ſicut deſcribit D. Moriss. In præludiis Botan. Alſinen ſpergulam ſemine foliaceò ſubfuſco: unde cavendum ne multiplicentur Spergulæ ſpecies.

Alsine ſpergulæ facie minima. An Alſine ſpergula ſemine foliaceo nigro Hort. reg. bles. avct. Hanc invenimus in ſatis luci Gramuntij Maio menſe, quæ foliis eſt tenuiſſimis in articulis rarioribus radiatim diſpoſitis, ſemen habet foliaceum nigrum cum circulo foliaceo albo, flos, nî fallor, albus erat.

Alsine verna glabra. Plantulam inveni circa pratulum luci Gramuntij (in quo copioſè creſcit gratiola) vere cum flore & ſeminibus, quæ in quibuſdam accedit ad Alſinen vernam Lvgd. radicula exilis eſt, circa quam aliquot foliola anguſta, oblonga, glabra oriuntur: cauliculus uncias tres altus, duobus aut tribus articulis diſtinctus eſt, binis foliis articulum amplectentibus: ad ſecundum, vel tertium articulum cauliculus dividitur in duos vel tres, quorum quilibèt florem unicum habet foliolis albis conſtantem, quibus quatuor folia viridia acuta ſuppoſita ſunt, ſuccedit loculus oblongus minuto ſemine plenus.

Digitized by Google

ALSINE hirſuta PIN. addit eſſe magno flore, quod rectè reprehendit I.B. Myoſotis hirſuta reptans AD. Errat iterum C. B. *in Pin.* dum Alſinen Myoſotim AD. ad iſtam refert, & Myoſotim hirſutam repentem AD. ad Echium ſcorpioïd.arvenſe; quod ex deſcriptionibus LOB. *in Ad.* facilè correximus, ponendo Myoſotim hirſutam repentem ſub iſta, & Alſinen myoſotim ſub Echio ſcorpioïde arvenſi. Anſam errandi dedit figura LOB. *Obſ.* Echij ſcorpioïdis arvenſis, cui nomen poſuit, Myoſotis hirſuta reptans. Paſſim juxta ſepes oritur.

ALSINE hirſuta altera viſcoſa PIN. juxta quoſdam rivulos ultra Lateram, eundo ad ſtagnum, vere & autumno invenimus.

ALSINE ſcandens baccifera PIN. Cucubalum quibuſdam I. B. in locis umbroſis herbidis, & humentibus circa Lateram, & circa pontem Caſtrinovi frequentem Iunio & Iulio menſibus cum flore collegimus.

ALSINE parietariæ foliis PHYTOPIN. fœtida I.B. Cynocrambe legitima Belli PON. ſpontè ortam Monſpeſſuli legit C. B. ut dicit *in Prodr.* & *in Matth.* in locis umbroſis. Hanc primus mihi oſtendit Clariſſimus Vir D. *Iolly* Doct. Med. quam collegerat Maio menſe cum flore & ſemine, circa rupes antri Frontignanenſis, viâ Miravallis.

ALSINE fœtidæ quodammodò ſimilis laciniata I. B. qui figuram habet tranſpoſitam, Monſpelio allatam habuit, eam nondum videre contigit.

ALSINE aquatica minor & fluitans PIN.

copioſa eſt in Ledo amne, & Lateræ rivulis. Frigidiorem iſtam eſſe, & inflammationibus utiliorem veriſimile eſt.

ALTHÆA Dioſc. & Plin. PIN. vulgaris eſt in paludibus Lateræ, & *Perauls*, ubi quoque provenientem obſevaverat I. B. uliginoſis quippè & humentibus locis gaudet, juxta ſcrobes & lentè decurrentes rivulos. Moderatè calida & ſicca quibuſdam cenſetur: effectus tamen calidam & humidam eſſe probant, emollit enim, laxat, dolores mitigat, juvat dyſentericos non aſtringendo, ut dicunt, neque enim ulla in radicibus aſtrictio percipitur, ſed potiùs humorum acrimoniam leniendo. Maximo in uſu ſunt tabellæ, ad tenues humorum in pulmones decurrentium fluxiones ſiſtendas: ſic autem apud Nos componuntur. Coquitur althææ radix, & pulpa extrahitur; de qua accipe ℥ iiij. ſacchari albiſſimi ℔ j. cum mucilagine gummi tragagant. fiant tabellæ.

ALTHÆA flore majore PIN. Thuringiaca CAM. Monſpelio à *Cherler* habuit I. B. nobis nondum viſa fuit.

ALTHÆA arboreſcens I. B. Arborea Olbiæ AD. prope Miramvallem Monſpelienſis agri vicum, in confragoſo ſaxo cui Anachoretæ domuncula impoſita eſt, naſci rectè tradit LVGD. ibíque ſæpiùs vidimus prope antrum.

AMMI Fuſch. LVGD. paſſim reperitur in hortis & in ſatis ad lævam portæ Laterenſis, ubi pulchram foliorum diviſuram, quam notat CAM. vidimus ſæpiùs. Calefacere & exſiccare ſemen Ameos ordine tertio vult GAL. flatus diſcutit,

ideò

Digitized by Google

ideò in dolore colico, & uterino à flatibus, ad ℥. ß. cum vino ſumptum convenit.

AMYGDALVS ſativa PIN. Tres quas facit TRAG. differentias, putamine ſcilicet duro, & molli, quæ dulces ſunt, & amaras, in ſatis paſſim obvius quiſque demonſtrabit: quas pulchrè florentes Ianuario & Februario menſibus viderat I. B. Dulces moderatè calidæ ſunt; oleum quod ex illis ſine igne exprimitur, dolores lenit, unde datur utiliter nephriticis, urinarios enim meatus laxat; amaræ calidiores ſunt & ſicciores, humores craſſos & viſcidos in pectore, hepate, aliiſque partibus contentos, incidunt & attenuant, cutis faciei vitia abſtergunt. Difficile creditu eſt quod ait THEOPHR. amaras culturâ in dulces mutari: experiantur vini potatores an rectè dixerint Plin. & Dioſc. amygdalas amaras ebrietatem arcere.

ANAGALLIS phœniceo flore PIN. mas AD. variat in colore, qui aliquando obſoletè purpureus eſt, ut notat CLVS. Neſcio autem cur dubitet I. B. an Nummularia rubra eadem ſit, cum anagallide purpuraſcente flore CLVS. differt enim ſolummodò colore floris purpurea à phœnicea, ut dicit CLVS. at Nummularia rubra longè diverſa eſt, in foliis & in flore.

ANAGALLIS cærulea fœmina AD. Vtraque, mas & fœmina ſcilicet, in arvis, & vinetis, & juxta vias, terrâ præſertim argilloſâ paſſim oritur; & ſolo floris colore fortè differunt. Calidas & ſiccas eſſe citra mordacitatem docet GAL. Inter vulnerarias plantas reponuntur: ad ſuffuſionem utuntur aquâ anagallidis

Digitized by Google U. B. G. T

phœniceæ. Audivi à quodam viro fide digno, ejuſdem ſuccum ad ſuffuſionem, & guttam ſerenam mira præſtare.

Anagallis aquatica minor folio ſubrotundo Pin. copioſè luxuriat in rivulo fontis *Putanelle*, in Ledo amne, & in aliis rivulis. Ad vires naſturtij aquatici accedit, urinas ciet, cum aceto, & butyro toſta, & calidè impoſita, tumoribus prodeſſe vult Trag.

Anagallis aquatica major folio oblongo Pin. in iiſdem rivulis oritur, præſertim ubi aqua pigrior eſt, & Aprili & Maio floret.

Anagallis aquatica folio rotundo non crenato Pin. Samolus Valerandi I.B. eam obſervavit Monſpelij C. B. *in Matth.* oritur etiam in iiſdem rivulis in rupibus, & vetuſtis maceriis, ut circa molendina Ledi amnis.

Anchusa Monſpeliana I.B. puniceis floribus Pin. menſibus Martio & Aprili florentem, non longè Monſpelio in loco ſatis ſicco vidit I. B. ſpecialiùs locum determinaverat Lob. *in Ad.* in quo eam ſæpiùs legimus in vinetis, & ſabuloſis aridiſque collibus Gramuntiæ ſylvæ prope Doctoris Aſſutij prædium. Radix refrigerat & exſiccat, authore Gal. Contra venenatorum animalium, maximéque viperarum morſus efficaciter auxiliatur ex Diosc. unde antidotum vulgò *Orvietan* dictum, cum aliis alexipharmacis ingreditur. Innumeræ prætereà (ſicut aliis plantis) Anchuſæ virtutes tribuuntur, ſed ut plurimum inutiliter.

Anchusa lignoſior anguſtifolia Ad. lithoſpermum fruteſcens anguſtifolium C. B. *in*

Digitized by Google

Matth. qui rectè Monſpeſſuli provenire dicit. In marginibus agri Frontignani, & Valenæ ſylvæ interdum occurrere notant Lob. *in Ad.* & Lugd. viâ Frontignani ad Thermas Balleruсanas minorem invenimus, quæ fortè minima omnium Anchuſa Ad. & minor lignoſior I. B. dicta; alibi enim circa urbem eſt ſuffrutex, eámque vocat I.B. Libanotidis Rondeletij ſpeciem. Plurima reperitur in ſterilibus Salenovæ verſus *Foncaude*, *la Colombiere*, & in edito colle dicto *Ferran*, ultra pontem Caſtrinovi. Inter Frontignanum, & Thermas invenimus etiam cum floribus albis.

Anchusa lutea minima Lob. *Obſ.* Hanc rarò dare Monſpelienſem agrum notat; copioſam nos invenimus in loco dicto *La garrigue du Terrail*, & in ſterilibus circa Salenovam, & *la Colombiere*, Maio & Iunio menſibus cum flore.

Androsaces cotyledon folioſum marinum, & Vmbilicus marinus Monſpelienſium Ad. communiter conchæ, rariùs petræ innaſcentem in ſtagnis circa Magalonam & Frontignanum obſervavit C. B. *in Pin.* Notiſſimum, inquit Lob. *in Ad.* Illic piſcatoribus ſtagni Magalonenſis, & Lateræ accolis; Frontignanæ etiam refluæ, ſtagnanteſque aquæ ſalſæ innumeras plantas obruunt. Circa montem Cetium in ſtagno ſæpiſſimè petræ & conchæ innaſcentem collegimus. Vrinas ciere, & materiam articulis impactam digerere, ex guſtu ſubſalſo & amaro arbitratur Lob. *in Ad.*

Androsæmum maximum fruteſcens Pin.

Digitized by Google

in herbidis declivibus montis *Capouladou*, inter rupes nobis ſæpiùs viſum fuit.

ANDROSÆMVM glabrum non ramoſum. Hypericum elegantiſſimum non ramoſum folio lato I. B. invenimus Iunio & Iulio menſibus cum flore, copiosè in deſcenſu montis *Capouladou*. In loco dicto *la coſte de Sauve-belle*.

ANONIS ſpinoſa flore purpureo, & flore albo PIN. Ononis LVGD. Reſta bovis TRAG. importuna eſt in pratis, & ſegetibus, vulgò *Agalouſſes*; in locis ſiccioribus minor reperitur, & rariſſimis aculeis donatur. Radix authore GAL. calefacit in principio tertij gradus, & exſiccat: non tantùm urinas movet, unde *urinalis* dicta, ſed tartaream & fæculentam ſaburram in veſica contentam educit; antequam ſpinoſa fiat muriâ conditur, inquit DIOSC. cibis gratiſſima; figura I. B. tranſpoſita eſt.

ANONIS minima hirſuta *Cherler*. I. B. ſiliquâ hirſutâ pendulâ flore purpureo HORT. REG. B L. AVCT. in rupetis Monſpelienſibus collegit *Cherler*. ut refert I. B. & nos in aſperis verſus Miramvallem circa rupes quæ antro imminent; & ſupra Boutonetum, verſus *Montferrier*.

ANONIS viſcoſa ſpinis carens lutea major PIN. Natrix Plinij Herbariorum AD. Monſpeſſuli in locis arenoſis collegit cum flore, Auguſto, Septembri, imò Aprili & Iunio menſibus I. B. quam à fratre ſic inſcriptam acceperat (*Natrix Monſpeſſuli prope Boutonetum*, item, *refertus campus in Caſtelnau*. Eadem loca priùs notaverat LOB. *in Ad.* invenit C. B. ut teſtatur

Digitized by Google

in Matth. paſſim circa Monſpelium ad agrorum margines, & inter ſegetes. In hiſce omnibus locis, & in maritimis conſpicitur ut plurimum floribus luteis, lineis rubris virgatis, ut dicit LVGD. de ſua anonide lutea non ſpinoſa: quam Anonidem non ſpinoſam flore variegato vocat PIN. Valere adverſus venena aſſumptam, & admotam experientiâ compertũ notat LVGD.

ANONIS viſcoſa ſpinis carens, lutea, latifolia, annua. Caulem habet elegans iſta Anonidis ſpecies, pedalem & ſeſquipedalem, in plurimos ramos diviſum, villoſum; folia terna ex eodem pediculo prope ramum foliaceo prodeuntia, villoſa, latiora & majora quàm in Natrice Plinij. In ſummitate ramulorum ſpicæ veluti florũ oriuntur, qui lutei ſunt, calicibus foliorum viridium villoſorum circumdati. Siliquæ parvæ, latæ, leviter piloſæ, unum, duo, & aliquando tria ſemina rotunda, ſubnigra continentes; radix pro plantæ magnitudine ſatis craſſa, ſed quæ ſingulis annis perit: tota planta viſcoſa eſt; figura TAB. quam habet ſub Anonide ſine ſpinis luteâ noſtram ſatis repræſentaret, ſi folia trifolia eſſent, & ſiliquæ latæ & ſubrotundæ. Copioſè reperitur parum ultra antrum Frontignanenſe ſub ilicibus, juxta viã Auguſto & Septẽbri mẽſibus cũ flore.

ANONIS ſpinis carens lutea minor. Dubito an noſtra eadem ſit cum Anonide viſcosâ luteâ minore PIN. quam habuit C. B. ex Galliâ Narbonenſi, quia flos in noſtra non eſt pendulus, in reliquis ſatis convenit. Paſſim oritur Auguſto menſe florens in loco dicto *la Garriguë de Perauls*, juxta viam inter ilices cocciferas.

Digitized by Google

ANONIS puſilla, glabra, fruticans, trifoliis affinis I. B. an Ononis Sylveſtris lutea minima COL. quam ſpinoſam dicit C. B. *in Pin.* quia, ut habet COL. calices rigentibus foliolis oblongis aculeatis conſtructi ſunt; quod in noſtra præ ſiccitate totâ æſtate & autumno videre licet. In rupetis & ſquallidis circa Monſpelium collegit *Cherler.* teſte I. B. In omnibus ſterilibus locis vulgò *Gurrigues*, paſſim totâ æſtate & autũno floret.

ANTHYLLIS marina incana Alſinefolia Narbonenſium AD. Paronychia incana Alſinefolia I. B. in maritimis agri Nitiobrigum ad *Perauls*, & Lateram reptare dicit LOB. *in Ad.* quod repetit LVGD. quà itur *Aigremont* prope ſylvam, Septembri & Aprili florentem invenit I. B. in hortis & circa Boutonetum frequens toto ferè anno cum flore, & ſemine reperitur, non tamen incana eſt, ſed viridis. Virtutes Anthyllidis his verbis docet GAL. *Deſiccat, & ulcera glutinat.*

ANTHYLLIS marina Narbonenſium altera, Chamæſyces facie AD. Valentina CLVS. cujus iconem habet DOD. nomine Peplidis, noſtram tamen non deſcribit, ſed peplion: in montis Ceti littoralibus, eique confinibus arenoſis obſervaverat *Cherler.* referente I. B. in iiſdem maritimis cum præcedenti reptare dicunt AD. & LVGD. Addit hæc verba ex LOB. LVGD. *In vinetis & olivetis Boutonetum verſus, & Caſtrum novum fuse humi ſpargitur.* In quibus tamen locis nuſquam invenimus, ſed in maritimis *Perauls*, & in monte Cetio, Maio & Iunio menſibus cum flore.

Digitized by Google

Antirrhinvm majus flore roſeo Cam. *hort.* quod in agro Monſpelienſi creſcere notat, nec alibi ſibi viſum teſtatur C.B. *in Phytop.* Copiosè provenire in via quâ itur ad ſylvam *Gramont,* dicit I.B. in ſepibus, aggeribus parietinis, præcipuè circa Caſtrumnovum frequentiſſimè totâ æſtate cum flore, & aliquando autumno occurrit; foliis modò latioribus, modò anguſtioribus, & ad lini folia accedentibus, floribus etiam pallidiòribus. Tres ponit figuras I. B. quarum prima tranſpoſita eſt, duæ ſequentes maximè vitioſæ. Veneficiis adverſari, & gratiam conciliare, dixit Diosc. Scorpionum ictibus mederi, credit Matth.

Antirrhinvm arvenſe majus Pin. anguſtifolium ſylveſtre I. B. in vineis copiosè oritur, æſtate & autumno florens: Octobri menſe ſemine plenum Monſpelij reperit I. B.

Antirrhinvm arvenſe minus Pin. minimum I. B. in vineis etiam circa pontem Caſtrinovi ſub æſtatis finem cum flore nobis ſæpiùs occurrit.

Antirrhinvm album ſerrato folio I. B. folio diſſecto Pin. Monſpelij provenire in prato quodam in quo ſunt duæ ſpecies Narciſſi teſtatur I. B. qui non bene locum determinat, cùm in omnibus ferè pratis duæ vel tres Narciſſorum ſpecies oriantur. Copiosè inveni, æſtate mediâ, in ora maritima vulgò *plage*, quæ reſpondet prædio dicto *Areſquies*, inter juncos verſus Miramvallem & Frontignanum.

Digitized by Google



Digitized by Google

ANTIRRHINUM ſaxatile ſerpillifolio. B. *Prod.* copioſè invenimus inter rupes montis *Capouladou*, tum & in locis *Garrigues* dictis, inter *Laverune* & *Pignan*, Maio & Iunio menſibus cum flore; Illius figuram apponendam curavimus, & deſcriptionem quam habet C. B. *in Prodr.* addidimus. Radice eſt parvâ, ramis multis reflexis, tenuibus, leviter hirſutis, foliis ſerpillo vulgari forma, ſed minoribus, floribus rubris, aliquandò pallidè cæruleis, pedicellis oblongiuſculis inſidentibus, formâ & magnitudine unà cum capitulo inſidente Antirrhino arvenſi minori ſimilibus; hæc C.B. In noſtra figura ramuli non ſunt reflexi, quia planta novella erat; folia inferiora ſunt Antirrhini, ſuperiora verò Serpilli.

APARINE vulgaris PIN. juxta ſatorum & hortorum ſepes, ſecus vias & ſcrobes ubique reperitur; Philanthropos à pleriſque dicitur, quia hominum veſtimentis adhæret. Calidæ ſiccæque eſt temperaturæ; contra phalangiorum & ſerpentum morſus commendatur.

APARINE fructu coriandri ſaccharati PARKINS. in ſatis circa Boutonetum æſtate ſæpiùs occurrit.

APIUM paluſtre, & apium Officinarum, vulgò PIN. Illud Monſpelij frequens vidit I. B. in omnibus rivulis circa Vrbem paſſim oritur; Iulio & Auguſto menſibus floret, calidius & ſiccius ſativo cenſetur; hepatis & lienis obſtructiones aperit, urinas movet, & flatus diſcutit, hydropicos juvat.

AQUILEGIA ſylveſtris PIN. in umbroſis

Digitized by Google

herbidis montis *Capouladou*, Maio & Iunio menſibus cum flore legimus. Moderatè calida & ſicca eſt; ſemen tuſum ℨ. i. pondere cum vino exhibitum, morbum regium curare experientiâ novit TRAG. corpus probè tegendo ut ſudare poſſit. Inveni prope *Meyriols* urbem, ultra montem *Eſperon*, ſecus fluvium, Aquilegiam hirſutam, flore viſcoſo, à nemine (quod ſciam) deſcriptã. Quod curioſis indicandũ putavi.

ARBOR Iudæ. Vide *Siliqua Sylveſtris*.

ARBVTVS folio ſerrato PIN. ſpeciatim provenire ait I. B. in ſylva *Aigremont*, ſed multò copioſiùs oritur in monte Cetio, & ſylvâ Valenâ, ex qua quotidiè ad clibana calefacienda piſtoribus defertur. Fructus Septembri & Octobri menſibus paſſim venalis eſt, vulgò *Arbouſſes*. Frigidus eſt, ſtomacho adverſatur, & capitis dolorem affert; aquam ſtillatitiam celebrant contra peſtem.

ARGEMONE capitulo breviore PIN. Anemone minor Monſpelienſium AD. gaudet hæc, ut & ſequens, ſegetibus triticeis, ſiligineis, & hordéaceis, ut dicit LVGD. Monſpelij obſervavit I. B. & frequentem in vinetis & vervactis, præſertim juxta prædium D. Aſſatij, dicit LOB. *in Ad.* Aprili & Maio menſibus floret cum papavere rheade, cujus virtutes habet.

ARGEMONE capitulo longiore PIN. malè addit in *Synonymis*, Anemone Narbonenſis major corniculata AD. quam alibi rectiùs ſub papavere corniculato violaceo collocavit. Circa Monſpelium *Cherlerum* collegiſſe dicit I. B. In iiſdem locis cum priori oritur.

Digitized by Google

ARGEMONE capitulo longiori glabro HORT. REG. BLES. AVCT. capitulum habet biunciale, glabrum, multò ſuperiore craſſius. In herbidis declivibus montis *Caponladou*, Iunio menſe cum capitulo frequentem vidimus.

ARISARVM latifolium PIN. primum CLVS. nobis aliquando occurrit in vaſta ſolitudine, dum ad Anachoretæ domunculam tenderemus, vulgò *l'Hermitage de ſaint Baſilo*, viâ Frontignani, juxta cocciferas ilices. Ponit Ariſarum quoddam Narbonenſe LOB. *in Ad.* quod ad rivulum pone Cœnobium Patrum Obſervantiæ, in ſalicetis & herbidis udis eruebat Baralius quidam: diu quæſivimus juxta eundem rivulum, ſed fruſtrà. Vnde veremur ne parva quædam Ari folia, quorum hic locus ferax eſt, pro Ariſaro deſcripſerit. Acrius eſſe Aro plurimi arbitrantur.

ARISTOLOCHIA rotunda flore ex purpura nigro PIN. frequentem Monſpelij notat I. B. & in locis pratenſibus & udis luxuriare dicit LOB. *in Ad.* In pleriſque Lateræ pratis Maio & Aprili menſibus floret.

ARISTOLOCHIA rotunda flore ex albo purpuraſcente PIN. rarior hæc, & in vinetis & herbidis circa fontem *Piquet* reperta fuit.

ARISTOLOCHIA longa vera PIN. prope rudera Cœnobiorum, inquit LOB. *in Ad.* viâ quæ Frontignanum ducit, & promiſcuè cum rotunda in pratis ad Oppidum Villanovæ reperitur; & meminit CLVS. ſe novo vere florentem eruiſſe in inſula mediis in ſtagnis ſitâ, ubi templum Magalona nuncupatum, circa oppi-

Digitized by Google

dulum Villanova. In campis circa Lateram copiosè oritur.

ARISTOLOCHIA clematitis recta PIN. ſpontanea creſcit Monſpelij (ut habet I. B.) Eam in olivetis, & ſegetibus ſiccioribus videbat & eruebat LOB. *in Ad.* quoties Monſpelio Boutonetum verſus, & Caſtrumnovum proambulatum ibat: vineis noſtris maximè infenſa eſt, propter tetrum odorem quem vino communicat. Vnde optimè CLVS. Narbonenſis Galliæ vinetis adeò frequens, ut vina ab illius odore vitium contrahant. Incautè ſumunt aliqui ſeminis ʒ. i. cum juſculo ad febres intermittentes curandas, quod nimias vomitiones excitat, vulgò *Fauterne*.

ARISTOLOCHIA, piſtolochia dicta PIN. polyrrhizon AD. circa Salenovam, *la Colombiere*, *Caſtelnau*, alibíque in vineis ſiccioribus & lapidoſis, ex ipſis lapillorum acervulis pullulat. Notiſſimæ ſunt Monſpelienſibus, & uſu receptiſſimæ hæ Ariſtolochiæ, ut poſt LOB. *in Ad.* dicit LVGD. Calefacit & ſiccat Ariſtolochia in principio tertij gradus: ad fœtûs mortui excluſionem efficacem experimentis ſtatuit LOB. *in Ad.* in aquis vulnerariis quotidie adhibetur, rotundæ præcipuè radix, ad exſiccanda & mundificanda ulcera.

ARTEMISIA vulgaris major PIN. ſecus fluvium *la Mauſſou*, verſus *Grabels* ſpontè ortam legimus; in omnibus hortis, propter uſum facta fuit indigena. Calefacit primo, ſiccat ſecundo ordine, ſummo honore à mulierculis habita, adeò ut ipſam in omnibus morbis uteri

adhibeant: menſes movet, ſecundinas & fœtum mortuum pellit.

ARTEMISIA tenuifolia I. B. ſic Monſpelienſibus vocatam refert CLVS. vulgò jam Abrotanum campeſtre; in cultis & olivetis notat LVGD. poſt LOB. *in Ad.* paſsímque in ſepibus & agrorum marginibus I. B. ubi autumno floret, & totâ hyeme viget: aliquando tota albida, aliquando verò ex viridi purpuraſcens reperitur; ideò CLVS. aliam incanam, aliam purpuraſcentem ponit.

ARVM vulgare non maſculatum PIN.

ARVM maculatum maculis candidis, & maculis nigris PIN. circa Vrbem in herbidis ſatorum & rivulorum marginibus, hæ varietates paſſim reperiuntur; non maculatum Monſpelij obſervaverat I. B. Calidum & ſiccum tertio, vel quarto gradu, ſapor deurens teſtatur; radicis fæcula obſtructiones potenter reſerat, calculoſis prodeſt, & menſes movet.

ARVNDO vulgaris, ſive Phragmites Dioſc. PIN. vallatoria quibuſdam; ſpeciatim invenit *Cherl.* (ut habet I. B.) inter Balerucanas Thermas, & lacum maritimum in foſſis udis. Abundat etiam circa Lateræ prata, in reſedibus aquis.

ARVNDO ſativa quæ Donax Dioſc. PIN. prope portam urbis dictam *la Sounerie*, ad hortorum margines, & alibi copioſè naſcitur. Abſtergit arundo, & ſi comburatur, digerit.

ASCLEPIAS albo flore PIN. Vincetoxicum MATTH. vidit Monſpelij I. B. in luco Gramuntio, & vineis ac incultis locis; circa *la Colombiere*, *Momman*, *& la Valette*, frequens Maio

& Iunio floret; in iis etiam locis cum flore luteſcente ſæpiùs legimus. Calida & ſicca eſt: Recentiores primùm uſi tum adverſus venena, tum ad ulcera, magnum ſibi, & plantæ nomen pepererunt. Radicem in vino maceratam, hydropicis mirè auxiliari dicit TRAG.

ASCLEPIAS nigro flore PIN. nigra Dalech. LVGD. qui in agri Monſpelienſis collibus Frontignanæ vicinis frequentem dicit; circa Monſpelium notat etiam CAM.. Vidimus in luco *la Colombiere*, & Valenâ ſylvâ Maio menſe cum flore.

ASCYRVM AD. LVGD. amnium, rivulorum, riguorúmque pratenſium amans eſt, ut dicit LOB. *in Ad.* copioſè circa fonticulos & Ledum amnem invenimus, quod etiam obſervaverat I.B. cujus figura tranſpoſita eſt. Vires habet hyperici.

ASPALATHVS ſecunda Monſpelienſium. Vide *Geniſtaſpartium, &c.*

ASPARAGVS ſylveſtris tenuiſſimo folio PIN. Sylveſtris MATTH. in ultimis Lateræ pratis in loco dicto *en Courreges* naſcitur; iſtum à ſativo culturâ tantùm diſtare, facilè crediderim, ſed à maritimo differre veriſimile eſt; licèt enim ambo circa Aquas mortuas, vulgò *Aiguemortes*, in iiſdem ferè locis oriantur, iſtius turiones dulces ſunt, maritimi verò amari; folia etiam in iſto tenuiora ſunt, in maritimo verò craſſiora. Calefacit, & ſiccat moderatè, urinam ciet, hepar, lienem, & renes infarctu liberat.

ASPARAGVS marinus CLVS. marinus craſſiore folio PIN. iſtius turiones amarore ſeſe facilè produnt. In noſtris maritimis ſæpiſſimè

Digitized by Google

reperitur, quod rectè teſtatur I. B.

ASPARAGVS acutus PIN. Corruda prior CLVS. circa Monſpelium in locis ſiccis & aridis provenire dicit I. B. nihil frequentius in vinearum ſepibus oritur, quo, vice ſativi, rectè utuntur Monſpelienſes Pharmacopœi.

ASPHODELVS albus, ſive Haſtula regia AD. Albus ramoſus, & non ramoſus PIN. Vtrumque in editioribus, & ſaxoſis Galliæ Narbonenſis ſpontè naſci refert CLVS. & ſolo caule ramoſo & non ramoſo differre. Aſphodeli etiam feraciſſima arida Narbonæ littora, dicit LOB. *in Ad.* Tota montium concatenatio viâ Frontignani, mons Cetius, & plurima loca ſicciora, innumeras plantas Aſphodeli nutriunt, Aprili & Maio menſibus cum flore. Radix, ut dicit DIOSC. calefacit, urinas & menſes movet. Monſpelij dulcem, nulláque acrimoniâ linguam vellicantem invenit I. B. Nos certè ingratam dulcedinem cum levi acrimonia ſubſequente notavimus.

ASPLENIVM AD. Vide *Ceterach*.

ASTER Atticus luteus, foliis ad florem rigidis PIN. Stella Attica Monſpeliéſium aureo flore AD. à Monſpelienſibus *Oculum Chriſti* dictum tradit CLVS. quem ad portam Divi Ægidij non procul ab Auguſtinorum Patrum Cœnobio vidit, alibíque frequenter. In agris pinguioribus Monſpelienſis ſoli provenire notat LVGD. dum *Oculum Chriſti* vocat *lib.* II. Dum verò ſub Aſtere Attico altero Matth. ponit, verba repetit LOB. *in Ad.* ſcilicet, Narbonenſi agro prope pratorum margines, & fluenta per-

familiaris eſt. Nulla eſt via, in qua Iunio & Iulio menſibus oculum ſuum non aperiat: Moderatè calidus & ſiccus cenſetur, æſtuanti ſtomacho prodeſt, & oculorum inflammationibus.

Aster annuus Attico luteo ſimilis, foliis ad florem mollibus. Conyzoides Monſpelienſium Hort. Reg. Bles. Auct. ſecus fluvium *la Mauſſon*, verſus *Grabels*, & Salenovam, Iunio menſe ſæpiùs cum flore legimus.

Aster montanus luteus, ſalicis glabro folio Pin. Italorum luteus fruticoſus, oleæ folio, conyzæ facie Ad. prope Boutonetum & ſecus Lanum, Monſpeliacum amnem, rectiſſimè annotat Lob. *in Ad.* Conyzam mediam Monſpelienſem vocat I. B. à qua non ſeparamus Conyzæ mediæ Monſpelienſis affinem multifloram ejuſdem; cùm in noſtro Aſtere flores aliquando ſingulares, & ſæpiùs plures, umbellæ modo oriantur, folia ſimiliter admodùm crebra ſunt.

Aster auricomus glaber, latifolius, folio non rigido I. B. in campeſtribus & ſquallidis quibuſdam prope montem Lupi à *Cherlero* collectum dicit; diu quæſivi, at nondum illum inveni.

Aster Atticus luteus, montanus, villoſus, magno flore Pin. in monte *Capouladou* Iunio menſe cum flore reperitur, tum etiam in iiſdem campeſtribus & ſquallidis montis Lupi, in quibus priorem *Cherlerus* invenerat.

Aster Atticus Monſpelienſis purpureus anguſtioribus foliis I. B. minor Narbonenſium Tripolij flore, Linariæ folio medio purpureus Ad. in locis aridis, & collibus ſaxoſis, ut ſunt oliveta

Digitized by Google

no-
vi-
ıbi
em

eſ-
ur;
ır-
ɛto
a-
à
o-
&
æ
n-
e-

â
ıe

perſa: cauliculi ſemipalmares nudi, ſpicam
rum purpuraſcentium aliorum formâ ſuſtinen
quibus ſuccedunt ſiliquæ incanæ incurvo mucron
donatæ, duabus valvulis conſtantes: Semen minutum, nigrum, planum & ſemicirculare continentes. Ob ſiliquas huc potiùs retulimus quàm ad Onobrychidem, & figuram addidimus. In via quâ itur ad montem Lupi, Aprili menſe

P33



...gno flore Pin. in monte *Capouladou* Iunio ...enſe cum flore reperitur, tum etiam in iiſdem campeſtribus & ſquallidis montis Lupi, in quibus priorem *Cherlerus* invenerat.

Aster Atticus Monſpelienſis purpureus anguſtioribus foliis I. B. minor Narbonenſium Tripolij flore, Linariæ fo:io medio purpureus Ad. in locis aridis, & collibus ſaxoſis, ut ſunt

oliveta

Digitized by Google

oliveta circa Monſpelium, & ad Caſtrumnovum provenire ait Lob. *in Ad.* Apud mare vidit I. B. Copioſiùs oritur in luco Gramuntio, ubi flos Septembri menſe ſuavem croci odorem ſpirat.

Astragalus Monſpeſſulanus I. B. creſcit ſecus viam prope *Gigean*, ut ipſe teſtatur; at multò frequentiùs in locis ſiccis, vulgò *Garrigues*, circa Salenovam, & in elato colle dicto *Ferrand*, ad lævam Lani amnis, quâ reſpicit Caſtrumnovum. Securidacæ minoris nomin à Lob. *in Ad.* deſcribitur, quam rectè dicit floribus eſſe purpureis, & toto anno in aridis & glareoſis Frontignani virere; quod Securidacæ luteæ corniculis reflexis non convenit, quamvis ejus figura pro Securidaca minori poſita fuerit *in Obſ. & Ic.* Lob.

Figura Tertia.

Astragalus incanus ſiliquâ incurvâ. Hunc ſic deſcribit C. B. *in Prodr.* ſub nomine Onobrychidis incanæ. *Caulem habet rotundum, ramoſum, incanum; folia plura acuminata, anguſta, uni coſtæ adnexa, incana, velut cinere aſperſa: cauliculi ſemipalmares nudi, ſpicam florum purpuraſcentium aliorum formâ ſuſtinent, quibus ſuccedunt ſiliquæ incanæ incurvo mucrone donatæ, duabus valvulis conſtantes: Semen minutum, nigrum, planum & ſemicirculare continentes.* Ob ſiliquas huc potiùs retulimus quàm ad Onobrychidem, & figuram addidimus. In via quâ itur ad montem Lupi, Aprili menſe

Digitized by Google

cum flore reperitur, & abundè etiam inter vicos *Aſſas* & *Fontanes*. Flores in figura non poſſuimus, quia non habebamus præ manibus.

ASTRAGALVS villoſus, floribus globoſis PIN. purpureus LVGD. ultra pontem Salenovæ ad dexteram cum Polygono montano niveo, unam ſolummodò plantam invenimus, quem copiosè colligebamus prope Oppidum *Meyriols*, ultra montem *Eſperou*. Iunio menſe floret.

ATRACTYLIS lutea PIN. ſecus ſemitas paſſim æſtate conſpicitur, & omnibus nota eſt ob ſanguineum ſuccum quem habet: dicit LOB. *in Ad.* quod pleriſque Galliæ Narbonenſis locis floribus, tum purpureis, tum luteis ſpontè oritur. Vnde addit LVGD. *Eſt in agro Monſpelienſi Atractylis purpurea frequens*: Nuſquam tamen cum floribus purpureis reperire licuit; fortè Carlinam *Richeri* intellexerunt, quæ cum Atractylide permixta, eodem tempore floret; & ideò lutei, & purpurei flores paſſim in omnibus ferè ſatorum marginibus Iulio menſe conſpiciuntur.

ATRIPLEX ſylveſtris I. B. Monſpelij vias, ſemitas, ſcrobes, agrorum margines, urbium mœnia, & fimeta, ut ait I. B. ubique occupat, quod etiam de ſequentibus dici poteſt. Humida eſt Atriplex ſecundo gradu, frigida primo. Ex GAL. alvum mollit.

ATRIPLEX folio haſtato HORT. REG. BLES. AVCT. longè latéque humi ſpargitur in fimetis, & in hortis pinguioribus, in quibus æſtate, & autumno paſſim reperitur.

ATRIPLEX ſylveſtris latifolia PIN. Pes

anſerinus latifolius Ad. rarior hæc in fimetis, at in ſatis quà itur *Lunel*, autumno copioſam vidimus.

Atriplex ſylveſtris latifolia, acutiore folio Pin. cum aliis naſcitur, & hortis eſt odioſa.

Atriplex anguſto oblongo folio Pin. ſylveſtris polygonifolia Ad. in vinetis, & agrorum marginibus, tum & in hortis paſſim occurrit.

Atriplex fœtida Pin. puſilla olida vulvaria vocata, polline argenteo aſperſa Ad. quam in Nitiobrigum agris frequentiſſimam dicunt; tetro ſuo odore facilè innoteſcit.

Atriplex Monſpeſſulana cum pulchris involucris I. B. ſylveſtris lappulas habens C. B. *in Phytop.* Eam Monſpelij collegiſſe teſtantur I. & C. B. fratres, paſſim hæc etiam reperitur.

Atriplex maritima laciniata Pin, marina repens lutea Xerampelina Ad. copioſè naſcitur in noſtris maritimis. Addit Atriplicem ſylveſtrem fructu roſeo compreſſo C. B. *in Prodr.* quam Monſpeſſuli circa mœnia collegit: noſtra maritima paſſim etiam circa Vrbem naſcitur, & ad illam multùm accedit.

Avellana ſylveſtris, Corylus ſylveſtris Pin. ſecus Lanum amnem ſupra pontem Caſtrinovi plurimis in locis oritur. Calidas & humidas avellanas ſtatuit Simon Seth. at Gal. frigidas, quod de recentibus eſt intelligendum. Vtuntur aliqui virgis coryli ad inveniendas metallorum mineras, & aquarum ſcaturigines, vanâ, nî fallor, ſuperſtitione.

Avena vulgaris alba Pin. In ſatis nota om-

Digitized by Google

tribus eſt, parum Officinis in uſu eſt, magis in culinis: ex ea ſiquidem parantur avenacea ad calidas viſcerum intemperies corrigendas; habet ſuum vitium, quod dicitur Vſtilago avenæ.

Avricvla leporis. Vide *Bupleuron.*

B

Baccharis Monſpelienſium. Vide *Conyza major vulgaris.*

Barba Iovis Pin. Pulcherrimam hanc plantam montis Cetius, hodie *Cap de Cete*, nutrit, ut inquit Lvgd. quod reperit I. B. in monte Cetio diu perquiſivi, necdum invenire licuit: audivi tamen à quibuſdam fuiſſe repertam.

Barbarea. Vide *Eruca.*

Bardana. Vide *Lappa.*

Belladona. Vide *Solanum.*

Bellis ſylveſtris caule folioſo major Pin. major Dod. Monſpelij vidit I.B. menſe Maio paſſim in pratis; naſcitur enim abundè in pratis Laterenſibus, & humidis circa pontem Caſtrinovi. Eaſdem cum ſequentibus vires habere teſtatur Lob.

Bellis montana folio obtuſo crenato Pin. Monſpelio habuit verſus *Vigan*, ut dicit C.B. *in Prodr.* ſed propinquius Nos invenimus in deſcenſu montis *Capouladou, à las cumbrettes*, inter rupes umbroſas.

Bellis montana minor I. B. eam attulit ipſi *Gherler.* collectam ad pedes montis Lupi, & circumjacentibus campeſtribus. Illud nomen optimè convenit Bellidi quam invenimus in herbi-

Digitized by Google

dis incultis ultra pontem Salnovæ ad dexte-
ram, & in campeſtribus viæ montis Lupi, quæ
pedalis eſt (ſeſquicubitalem ſuam dicit I.B.) folia
inferiora ſerrata ſunt multò minora quàm in
Bellide majori, ſuperiora verò anguſtiſſima; flos
mediocris eſt magnitudinis.

Bellis ſylveſtris media caule carens Pin.
In locis *Garrigues*, dictis, ut *la Valette*, *la Co-
lombiere*, aliiſque quamplurimis primo vere,
imò & autumno, copioſè floret.

Bellis ſylveſtris minor Pin. minor ſyl-
veſtris ſpontanea I.B. cujus figura tranſpoſita
eſt; ubique in pratis & humentibus herbidis
obvia, vulgò *Margarides*. Frigidam & humi-
dam volt Dod. è contra alij calidam & ſiccam;
vero ſimilior videtur Lob. opinio, qui frigidam
& ſiccam ſtatuit, vulnerariam eſſe omnes con-
ſentiunt.

Bellis cærulea, caule folioſo Pin. Cæru-
lea Monſpeliaca Tab. Globularia Monſpelien-
ſium Ad. in Gramuntiæ ſylvæ vicinis devexis
pratis oriri notat Lob. *in Adv.* In ſqualidis ultra
pontem Salenovæ, & circa pontem Caſtrinovi
ſæpiſſimè occurrit.

Berula. Vide *Sion*.

Beta communis, ſive viridis Pin. non ſo-
lùm in hortis Monſpelij colitur, ut habet I.B.
ſed etiam in herbidis viarum paſſim oritur, ex
ſemine fortè à ventis delato; In maritimis verò
noſtris ſpontè oritur, quæ eſt Beta ſylveſtris
ſpontanea maritima Lob. *Obſ.* neque enim
quædam accidentia quæ à loco deſumi debent
inducunt Nos ad diverſam ſpeciem conſtituen-

Digitized by Google

dam. Nihil in culinis Betâ frequentius eſt, ut dicit TRAG. Calefacit & ſiccat, alvúmque movet ob nitroſitatem.

BETONICA aquatilis. Vide *Scrophularia*.

BETONICA purpurea PIN. Abundare Monſpelij rectè dicit I.B. in ſylva *Aigremont*, ac Iunio & Iulio menſibus florere: Reperitur etiam ſecum floribus albis. Calida & ſicca cenſetur ſecundo ordine, celebris eſt in Medicina uſus ad affectus capitis, thoracis, hepatis, aliarúmque ferè omnium corporis partium; virtutum iſtadem ad omnes ferè morbos ex Antonio Muſa refert SIMON PAVL.

BLATTARIA lutea, folio longo laciniato PIN. juxta aquas, in humidis vinearum & ſatotum foſſis frequentiſſimè occurrit. In via Laterenſi, ubi maxima luteæ copia oritur, albam etiam invenimus. Calidam & ſiccam dicunt; & infarctus viſcerum expedire teſtatur LOB. *in Ad.*

BLITVM album minus I.B. inter olera, & ſecus ſemitas autumno paſſim oritur, foliis aliquando ex albo & viridi variegatis. Frigidum & humidum eſt in ſecundo gradu, ad emolliendа & temperanda viſcera aliis emollientibus addendum.

BLITVM erectius, ſive tertium Tragi I.B. iiſdem in locis, & eodem tempore reperitur circa Monſpelium, quod etiam à I. Bauhino annotatum fuit.

BOTRYS ambroſioïdes vulgaris PIN. in olivetis, cæteríſque tepidioribus & apricis arvis agri Narbonenſis, & Nitiobrigum ſponté ori-

Digitized by Google

tur, ut habent Lob. *in Ad.* Lvgd. & I. B. in ſabuloſis arvis quà itur ad pontem *Saleſon*, tum & in aridis olivetis circa *Saint Iean de Vedas*, autumno paſſim conſpicitur, & ſicco ac infertili ſolo potiùs gaudet quàm circa profluentes aquas. Calidum & ſiccum ſecundo ordine vult Dod. Orthopnoïcis prodeſt cum melle aut ſaccharo condîta: odoris gratiâ veſtimentis interponitur.

Branca urſina. Vide *Acanthus.*

Brassica arvenſis Pin. ſylveſtris Lvgd. circa urbem in ſatis vere floret. Ad ſativæ virtutes accedit, ideò calida & ſicca cenſenda; ſativa ſi benè præparetur, bonum ſuccum producit; folia ebrietatem arcere dicuntur. Ad ulcera multùm commendatur braſſica rubra.

Bryonia aſpera, ſive alba, baccis rubris Pin. Monſpelij vidit I. B. circa Lateram, tum etiam circa pontem Caſtrinovi, ſpinas, & aculeatos frutices alligat. Calidam & ſiccam tertio gradu cenſet Dod. Obſtructiones ſolvit, urinas movet, eſt enim in expellendo efficax: Radicis fæcula contra epilepſiam valet, & contra ſuffocationes hyſtericas.

Bryonia lævis, ſive nigra racemoſa Pin. Sigillum beatæ Mariæ dicitur. In luco *la Colombiere* vicinas ilices ſcandit, & copioſè in ſylva Valeria circa *Caravettes.* Radices ad hydropem commendat Dod.

Brvnella major folio non diſſecto Pin. Prunella flore minore vulgaris I. B. Monſpelij Maio menſe ſparſim florere dicit. In humidioribus locis, circa rivulos, & Ledum amnem occurrit. Calefacit & ſiccat; ad vulnerum internorum

Digitized by Google

& externorum curationem ab omnibus Practicis celebratur.

BRVNELLA folio laciniato PIN. Symphytum petræum à Monſpelienſibus dictum AD. in pratis, etiámque locis aridioribus & ſaxoſis Gramuntiæ ſylvæ, & alibi finitimis Monſpeliaci agri inter ledos & ilices baphicas ſpontè oriri dicit LOB. *in Ad.* invenit etiam CLVS. poſt Monaſterium *Gramont*, ad ſylvulæ marginem; in viis ſicccioribus circa *Grabels*, & *Perauls* copioſè reperitur. Obſervavit rectè Monſpelij I. B. cum floribus albis, quam vocat prunellam flore albo parvo, folio laciniato, quæ paſſim etiam cum purpurea permiſcetur.

BRVNELLA hyſſopifolia PIN. Prunella anguſtifolia I.B. has non ſeparo, ut HORT. REG. PARIS. etenim deſcriptiones & loca C. B. & I. B. eadem ſunt, neque ipſe I. B. ſeparaverat: paſſim oritur in ſquallidis locis ultra pontem Salenovæ, & in aliis locis ſterilibus, nec minori copiâ in campeſtribus circa montem Lupi.

BRVSCVS. Vide *Ruſcus*.

BVGLOSSVM anguſtifolium majus PIN. vulgare MATTH. Iſtud ſpontè provenire prope Monſpelium, & *Frontignan*, obſervavit I. B. Abundat in plurimis ſatis. Humidæ & calidæ temperaturæ cenſetur; melancholicam triſtitiam pellit, unde frequens illius uſus in melancholia hypochondriaca: Flores inter cordiales reponuntur.

BVGLOSSVM ſylveſtre minus PIN. erraticum aſperum echioïdes AD. Borrago ſylveſtris I. B. qui Monſpelij provenire dicit. In ſabulo-

ſis viæ pontis Caſtrinovi frequens eſt.

BVGLOSSVM ſylveſtre caulibus procumbentibus PIN. Alyſſum Germanicum echioïdes LOB. Cynogloſſa fortè topiaria Plinij I. B. qui duplicem ponit deſcriptioně, primam *folio* 590. *part.* 2. *tom.* 3. ubi figura tranſpoſita eſt: Et ſecundam, *folio* 601. cum figura. Secus cœnoſos rivulos prope urbem frequens oritur.

BVGVLA. Vide *Conſolida media.*

BVLBOCASTANVM majus Apij folio PIN. in depreſſis umbroſis montis *Capouladou* Iunio menſe cum flore collegimus. Moderatè calidum & ſiccum, & ſemen diureticum eſſe, vult DOD.

BVLBOCASTANVM minus PIN. eodem tempore florens, inter rupes montis *Capouladou* invenimus, & in rupetis ſterilibus, ultra *Foncaude*, ſecus viam, quâ itur *Grabels*. Vtrumque in horto plantavimus, ut certiores fiamus an hæc varietas à loco ſicciori vel humidiori dependeat.

BVPHTHALMVM Dioſc. PIN. Chamæmelum Chryſanthemum quorundam I. B. qui Monſpelij prope Aquasmortuas invenit, ubi nos frequens copiosè obſervavimus; iſtud autem in hortis ſolummodò vidimus. Calidum & ſiccum habere temperamentum dicit TRAG. certóque experimento cum vino decoctum, fellis ſuffuſionem curare.

BVPHTHALMVM Cotulæ folio PIN. Narbonenſe CLVS. circa Aquasmortuas, vulgò *Aiguemortes*, naſci tradit, ibíque nos cum Cotula permixtum, ſæpiùs vidimus: à qua floris

Digitized by Google

colore ſtatim diſtinguitur. Iſtud etiam eſt Buphthalmum tenuifolium Narbonenſe Lob. *Obſ.* quoad deſcriptionem(nam icon eſt Chryſanthemi Valentini Cluſ.) quod habuerat ex agro Monſpelienſi.

Bvplevron folio rigido Pin. Elaphoboſcum Monſpelianum Clvs. *capite de Scorzon.* Auricula leporis rigidior I. B. eam circa Monſpelium non procul Gramuntiâ ſylvâ frequentem dicit; quod priùs Lob. *in Ad.* annotaverat, & frequentiùs eſſe iſtud Bupleuron quàm vulgare (quod tamen circa Monſpelium nuſquam vidimus.) Iſtud autem paſſim in rupetis circa Gramuntium nemus, *la Valette*, & in aliis ſterilibus creſcit, & Iulio ac Auguſto menſibus floret. Calidum & ſiccum ſecundo ordine vult Dod. & contra ſerpentum ictus valere, ex Plinio & Nicandro docet.

Bvplevron annuum anguſtifolium. Auricula leporis Monſpelienſium plantaginis minoris folio Gesn. *de animal. cap. de Lepor. Litt. h. a.* ubi rectè annuum dicit. Figura Bupleuri anguſtifolij Dod. noſtrum optimè repræſentat, deſcriptio etiam ſatis convenit. In lapidoſis circa *Momman*, *la Colombiere*, & *la Valette*, Iulio & Auguſto menſibus copioſè floret.

Bvplevron anguſtiſſimo folio Pin. Auricula leporis minima I. B. in vinetis circa *la Garrigue de Momman*, & circa pratulum luci Gramuntij Septembri menſe cum flore & ſemine pluries vidimus.

Bvrsa paſtoris major, folio non ſinuato Pin. eam circa Monſpelium notat C. B. *in Prodr.*

Digitized by Google

Bvrsa Paſtoris major, folio ſinuato Pin. an in priori perpetuò folia non ſint ſinuata, non obſervavit I. B. veriſimile tamen eſt merum eſſe Naturæ luſum. In hortorum & ſatorum marginibus Ianuario, Februario, Martio, & Aprili menſibus paſſim floret. Ad omnes ſanguinis eruptiones ſiſtendas efficacem dicunt, ideò refrigerantem & exſiccantẽ vult Matth. at Lob. calidam & ſiccam ſtatuit, & cogendo, ſiccandóque ſanguinem ſiſtere.

Bvrsa paſtoris minor Pin. minima Lob. *Ic.* aliquando ad duas, tréſve ſolùm uncias apud Monſpelienſes exurgere dicit C. B. *in Pin.* aſpectu ob foliorum inciſuram elegantiſſimo, & Thlaſpi minus nominari. Circa Boutonetum frequens eſt, ſi in hortis coleretur, aliarum magnitudinem fortè acquireret, & ab iis non diſtingueretur; unde Dod. quandoque majorem, ſubinde minorem rectè dicit.

Bvrsa paſtoris major, loculo oblongo Pin. Monſpelii florentem Martio menſe, & ſiliquas ferentem legit I. B. quam C. B. Monſpeſſuli, Thlaſpi Veronicæ folio nominari tradit *in Prodr.* Copioſe creſcit primo vere in plurimis herbidis ſatorum marginibus circa Boutonetum.

Bvrsa paſtoris minor, loculo oblongo Pin. Paronychia alſinefolia Ad. vere florere Monſpelij dicit I. B. Hæc menſe Februario floſculorum copiâ herbidos ſatorum margines dealbat.

Bvrsæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major Pin. Piloſella ſiliquata major Thal. à qua tantùm magnitudine diſtat minor ejuſdem; parum aptè tam ſub Burſa paſtoris, quàm ſub Piloſella redu-

Digitized by Google

citur. In agris viridioribus florentem Monſpelij obſervavit I. B. in umbroſis ſatorum marginibus abundat.

Buxus Matth. multas arbores, & frutices Valena ſylva ſuppeditat; ſæpiùs magnitudinem fruticis non excedit. Qui radicis ſcobe utuntur loco Guajaci ad lucem veneream, multùm aberrare vult Dod. at Lob. *in Obſ.* famulam paupercul am à lue venerea vindicatam dicit. Oleum narcoticum eſſe, & omnis generis dolores, edomare credunt.

C

Calaminpha odore Pulegij Pin. Altera odore gravi, foliis maculoſis Ad. In ferv idioribus tractibus, ſqualidis, elivoſis, Narbonæ oriri tradit Lob. *In* Ad. In omnibus ſatorũ marginibus æſtate, & autumno paſſim cũ floribus purpureis, aliquando cum floribus albis reperitur. Calida & ſicca eſt, ut docet Gal. ordine quodammodò tertio: ſtomacho prodeſt, urinas & menſes movet; ad theriacæ confectionem eâ utuntur Pharmacopœi Monſpelienſes.

Calamintha vulgaris vel Officinarum Germaniæ Pin. In umbroſis devexis montis *Capouladou*, & in herbidis ſaxoſis montis Lupi æſtate floret.

Calcitrapa. Vide *Carduus ſtellatus*.

Caltha arvenſis Pin. Calendula circa Monſpelium ſponte Gesn. Monſpelij in arvis Urbi conterminis, ultra Ægidium fontem oriri

Digitized by Google


dicunt Ad. Paſsímque etiam ſpontè in agris & hortis toto anno florere ſcribit I. B. In ſatorum marginibus ubivis vere conſpicitur, ſpontè etiam in horto natam ſæpiùs vidi: quæ licèt culta fuerit, nuſquam tamen ad ſativæ formam acceſſit. Cum foliis crenatis circa Monſpelium reperiri notat C. B. *In* Pin. Florem calidum & ſiccum ſecundo ordine dicit Dod. menſes movet, aquam ſtillatitiam commendat Lugd. ad ruborem oculorum, vulgò *gaugets ſauvages*.

Campanula arvenſis erecta, vel Onobrychis arvenſis Pin. Viola pentagonea Tab. Monſpelij Maio menſe florentem in ſegetibus rectè notavit I. B.

Campanula vulgatior foliis urticæ Pin. Trachelium majus Lugd. In herbidis declivibus montis *Capouladou*, floribus purpureis, & floribus albis reperitur.

Campanula pratenſis flore conglomerato Pin. Trachelium minus Lugd. in ſylva Valena oritur, in marginibus vinearum circa Salenovam, & in plurimis ſepibus, ultra pontem Caſtrinovi, Utrumque Trachelium adſtringere, & exſiccandi vim habere ex guſtu conjicit Lugd. & ad quævis ulcera valere.

Campanula foliis Echij, floribus villoſis Pin. In deſcenſu montis *Capouladou*, *à las cambrettes*, copioſam collegimus, & in horto ob elegantiam diù aluimus.


Campánula alpina
Linifolia Cærulea B. prodr.
Troy fecit

CAMPANULA Alpina, linifolia cærulea B. *Prodr.* à minori rotundifolia rectè diſtinguitur; hujus figuram addendam curavi, cum deſcriptione quam habet C. B. *in Prodr. Ex radice* (inquit) *tenui, alba, cauliculi quaterni, quini, plures, paucioréſque palmares & ſeſquipalmares, graciles, rotundi, ſimplices emergunt; foliis oblongis, anguſtiſſimis, confuſo ordine ſepti: flores in ſummitate cærulei, ut in rapunculo vulgari, quibus capitula exiguum ſemen continentia ſuccedunt.* Hæc ille. Iulio florentem collegi ſub monte *Capouladou*, in ipſis rupibus fluvio adjacentibus.

CAMPHORATA Monſpelienſium LOB. CAM. TAB. LUGD. I. B. inter portam Laterenſem, & pontem Iuvenalem, rectè notat LOB. *in* AD. & in ſquallidis & arenoſis viæ Frontignani I. B. Abundat in maritimis circa *Perauls*, Auguſto & Septembri mẽſe florens herbaceum producit vaſculum, ex quo quatuor parva ſtamina prodeunt, quorum quodlibet apicem rubrum, vel potiùs roſeum in medio ſulcatum ſuſtinet; ſuccedit flori ſemen nigrum, oblongum, ferè ut in Iva moſchata. Figura I. B. meliùs radicem quàm folia exprimit. Parum de ipſius virtutibus conſtat; ad vulnera efficacem dicit LOB. *in* OBS. Alij in hydropis curatione adhibent.

CAMPHORATÆ congener PIN. Anthyllis altera Italorum LOB. *Obſ.* æſtate mediâ, imò & autumno in ſatorum marginibus ſparſim provenit.

CANNABIS mas LUGD. fœcunda DOD. &

Cannabis fœmina Lugd. ſterilis Dod. ex maris ſemine utraque oritur in plurimis ſatis circa Urbem, tum etiam ſecus cœnoſum rivulum, ſemine huc à ventis delato, ſpontaneam enim non arbitramur. Genitale ſemen imminuere Veteres credidêre; alij verò Venerem ſtimulare dicunt; & Matth. hujus ſemine gallinas oviferaciores reddi teſtatur. Cavendum eſt ab aqua in qua Cannabis manipuli macerantur; ſiquidem, ait Lob. *in* Ad. lacuſtris aqua cui intabuerit, tantoperè viru nocet, ut epota præſentiſſimo ſit ſitientibus exitio, quod experientiâ confirmat.

Capillus Veneris. Vide *Adiantum.*

Capparis ſpinoſa fructu minore, folio rotundo Pin.

Capparis ſpinoſa folio acuto Pin. Utramque circa Urbem in prædiorum vinetis, & muris copioſam invenies, ideò inter indigenas plantas numeramus: Monſpelii autumno florentes ſine ſpinis vidit I. B. quod obſervare non potuimus. Calida & ſicca eſt Capparis, & in affectibus hypochondriacis prodeſt, quia lienem præcipuè expurgat; radice utimur, tum & floribus nondum apertis, qui aceto condiuntur, & in obſoniis frequentiſſimè adhibentur, vulgò *Taperos.*

Caprifolium. Vide *Periclimenum.*

Cardamine. Vide *Naſturtium.*

Carduus pratenſis Aſphodeli radice latifolius Pin. bulboſus Monſpelienſium Lob. Lugd. Clus. & I. B. qui in pratis circa Monſpelium in locis udis inter Narciſſos & Ariſtolochias frequenter oriri, rectè tradunt.

Carduus

Digitized by Google

CARDVVS vinearum repens ſonchi foliò PIN. vulgò *Cauſſides*, in ſatis & vinetis paſſim & importunè repit, floribus purpuraſcentibus, & floribus albis reperitur.

CARDVVS nutans I. B. in ſatis, & in locis ſiccis vulgò *Garrigues*, abundè oritur, in colore floris etiam variat.

CARDVVS Cirſium dictus, folio laciniato nigrius I. B. Iunio cum flore reperitur circa lucum Gramuntium; & in marginibus ſatorum circa *Momman*, & Salenovam.

CARDVVS galactites I. B. Leucacantha Monſpelienſium Dalech. LVGD. cujus figura vitioſa eſt. Secus vias non longè à Monſpelio vere florentem notat I. B. in apricis autem & ſaxoſis LVGD. paſſim in omnibus ſatorum marginibus floribus purpureis; rariùs albis, invenitur; vulgò Carduus Syriacus dicebatur.

CARDVVS anguſtifolius ſpinoſiſſimus vulgaris PIN. Aculeoſa Gazæ, an Polyacantha AD. tritæ admodum eſt cognitionis, quòd ſecus omnes vias paſſim floribus purpureis, & floribus albis oriatur, unde vulgò Carduus viarum dicitur.

CARDVVS albis maculis notatus vulgaris PIN. Carduus mariæ TRAG. circa urbem in fimetis abundat, cujus tenera fructus rudimenta à plurimis eſitantur. Omnium carduorum radices; & ſemina venenis adverſari dicit TRAG.

CARDVVS acanthoïdes I. B. florentem obſervavit menſe Martio Monſpelij. Illum nondum invenire potuimus.

CARDVVS lanceolatus, ſive ſylveſtris DOD. I. B. lanceolatus TAB. *Ic.* cujus figura magis

Digitized by Google

placet, paſſim in ſatorum foſſis reperitur, & totâ æſtate, ac autumno floret.

CARDVVS lanceolatus ferocior I. B. invenimus ſæpiùs cum floribus albis Iunio menſe in campeſtribus & circumjacentibus montis Lupi.

CARDVVS capite rotundo tomentoſo PIN. tomentoſus & corona fratrum LOB. *Obſ.* in iiſdem campeſtribus montis Lupi, & totâ Valenâ ſylvâ oritur.

CARDVVS ſphærocephalus cæruleus minor PIN. Crocodilium Monſpelienſium Dalech. LVGD. Echinopus minor I. B. in aridis & apricis circa Monſpelium naſci dicit LVGD. in ſylva Valena, & circa Vrbem acaulem & cauleſcentem invenêre AD. quibus ritro vel rutto dicitur. Rectè etiam notat I. B. inter Monſpelium, & *Perauls*, in quibus locis floribus cyaneis & albis copioſè oritur; at malè confundit Carduum iſtum vivacem cum Carduo ſphærocephalo annuo *Camer*.

CARDVVS monſtroſus I. B. hunc Nobis dedit Pharmacopœus Frontignanenſis in incultis collectum, qui vitium potiùs Cardui, quàm ſpecies cenſeri debet.

CARDUUS ſtellatus, foliis papaveris erratici PIN. Calcitrapam Monſpelienſibus dici teſtatur I. B. & circa Monſpelium abundare; paſſim ubique oritur. Ad urinæ difficultatem commendatur. Succus oculis inſtillatus, maculas tollere dicitur, vulgò *Agriole maſclan*.

CARDUUS ſtellatus luteus, cyani folio PIN. Spina ſolſtitialis Monſpelienſibus LUGD. In ſatis nihil abundantius Auguſto menſe. & autum-

no floret, quod notat etiam I. B. unde intremento ſegetum aliquando officit, & meſſorum manus pedeſque, cruore & vulnuſculis afficit, vulgò dicitur *Agriole*, LOB. *Auriolles* vocat; & expertum eſſe pro morbo regio remedium aſſerit.

CARDVNCELLVS montis Lupi AD. In planitie propè montem Lupi verſus meridiem copioſum dicunt AD. LVGD. & I. B. Ibique acaulem, & cauleſcentem invenit CHERL. abundantem etiam circa montem Lupi nos ſæpius vidimus foliis non ſpinoſis, aliquando leviter ſpinoſis.

CARLINA annua purpurea Monſpelienſium, ſive Carlina *Richeri*. Acarna flore purpureo-rubente patulo PIN. Iulio & Auguſto menſibus in ſatorum ſepibus cum Atractylide copioſè floret.

CARLINA ſylveſtris vulgaris CLVS. Cnicus ſylveſtris ſpinoſior PIN. in aridis omnibus, & incultis locis, vulgò *Garrigues*, frequentiſſima eſt.

CARLINA ſylveſtris minor Hiſpanica CLVS. Acarna flore luteo patulo PIN. Iulio & Auguſto menſibus florentem inveni in ſquallidis locis ultra Salonovam, circa ſylvam Valenam, & montem Lupi. Harum virtutes ad Carduorum vires accedere veriſimile eſt.

CARPINVS MATTH. Gallicè *Charme*, quaſdam duntaxat arbores juxta Ledum amnem vidimus, plures in prædio Dom. *de Greſeuille*; at in ſylvis remotioribus copioſè reperitur. Vimi vires obtinere credunt Botanici.

Digitized by Google

CARYOPHYLLATA vulgaris PIN. ſpôntè provenientem non longè à Monſpelio vidit I.B. in pleriſque umbroſis & humidis vinearum foſſis Aprili & Maio menſibus reperitur. Calidam & ſiccam eſſe ex odore & guſtu judicat MATTH. Roborat & ſpiritus recreat; aquis vulnerariis utiliter admiſcetur.

CARYOPHYLLATA Alpina lutea PIN. montana DOD. ſub monte *Capouladou*, in herbidis ſecus fluvium plurima oritur, & Iunio menſe floret. Tum etiam in herbidis Valenæ ſylvæ, circa *Caravettes*.

CARYOPHYLLVS ſylveſtris vulgatiſſimus, ſive Betonica coronaria I. B. in ſterilibus *Garrigues* dictis frequens eſt, & æſtate floret. Calidum & ſiccum eſſe dicunt, & ad animi deliquia, & cordis tremores plurimùm valere, ſicut & ad affectus cerebri: ad febres etiam malignas commendatur.

CARYOPHYLLVS flore tenuiſſimè diſſecto PIN. Superba Recentiorum. AD. in herbidis & ſterilibus locis circa montem Lupi reperitur.

CARYOPHYLLVS ſylveſtris repens multiflorus B. *Prodr.* in ſaxoſis circa Monſpelium provenire dicit, illum nondum inveni.

CARYOPHYLLVS ſylveſtris barbatus PIN. Viola barbata anguſtifolia LVGD. ſparſim in vinearum & ſatorum marginibus ſæpiùs occurrit.

CARYOPHYLLVS ſylveſtris prolifer PIN. Betonica coronaria ſquammoſa ſylveſtris I. B. abundat in omnibus ferè agrorum marginibus,

Digitized by Google

Digitized by Google

Caryophyllus ſaxatilis ericæ folius umbellatis Corymbis B: prodr.



& totâ æſtate ac autumno floret.

CARYOPHYLLUS cæruleus Monſpelienſium PIN. Aphyllantes Monſpelienſium AD. I. B. pluribus in locis oriri rectè tradit I. B. ut prope *Caſtelneuf* in monte, tum etiam quà Monſpelio itur Frontignanum in locis ſaxoſis, & in cacumine montis Ceti, ubi floret menſibus Maio & Iunio. In hiſce omnibus locis, aliiſque glareoſis ſtrigosíſque ilicetis (ut cum LOB *in Ad.* loquar) abundanter reperitur; aliquando etiam cum floribus albis.

CARYOPHYLLUS pratenſis flore laciniato ſimplici, ſive flos cuculi PIN. Odontitis ſimplici flore CLUS. menſe Maio copiosè reperitur cum flore in pratis humidioribus circa Lateram.

CARYOPHYLLUS ſaxifragus PIN. Saxifraga magna MATTH. In ipſis rupium fiſſuris montis Lupi, quà Septentrionem ſpectat, Iunio menſe cum flore abundè collegimus.

CARYOPHYLLUS ſaxifragus foliis tenuiſſimis, pulchro flore albo. Auricula muris pulchro flore, folio tenuiſſimo I. B. Elegantem hanc plantulam Iunio menſe florentem invenimus, in ſummitate montis Lupi, prope ſacellum, ex ipſis rupium rimis emergentem.

Figura Quinta.

CARYOPHYLLUS ſaxatilis Ericæ foliis, umbellatis corymbis B. *Prodr.* Quia rara eſt iſta Caryophylli ſpecies, ejus figuram ſculpendam

Digitized by Google

curavi. Rectè autem deſcribitur à C. B. *in Prodr.* niſi quòd flores ex quatuor, aliquando quinque foliis conſtantes dicit, nos autem ſemper quinquefolios notavimus. In deſcenſu montis *Capouladou*, *à las Cambrettes*, Iunio cum flore frequentem vidimus.

Caryophyllus arvenſis glaber minimus B. *Prodr.* circa Monſpelium collectum habuit; nondum inveni.

Caryophyllus Holoſtius, tomentoſus, anguſtifolius B. *Prodr.* inter rupes montis *Capouladou*, deſcendendo *à las Cambrettes*, Iunio menſe copiosè floret.

Caryophylli minima ſpecies flore albo, ſive lychnis glabra minima, aut auricula muris Alpina glabra I. B. in rupibus juxta fluvium *la Mauſſon*, verſus *Grabels*, Maio menſe florentem legimus.

Caryophyllus montanus major, flore globoſo Pin. ſtatice Lugd. invenimus juxta fluvium *la Mauſſon*, in herbidis ſatorum prope ſecundum molendinum, eundo à ponte *Saint Iean de Vedas*, ad pontem Villenovæ.

Caryophyllus montanus minor flore globoſo Pin. Caryophyllus flos aphyllocaulos, vel junceus minor I. B. in deſcenſu montis *Capouladou*, cum ericæ folio copiosè reperitur.

Cassia poëtica Monſpelienſium Ad. Cam. lignea Monſpelienſium I. B. caſſiam ab illuſtriſſimo Rondeletio vocatam, tradit Lob. *in Ad.* quod refert I. B. & ubere proventu ad ripas Lani oriri, prope pontem Caſtrinovi in ſepibus, præſertim quà ad ſiniſtram, verſus flu-

Digitized by Google

vium ad montem contenditur; & ad ingreſſum *Perauls* pagi (ubi viderat C l v s.) ad ſtagnum Volcarum ſiti; deinde in ſylvula *Aigremont*, juxtáque ſepes & olivetorum margines; & C. B. *in Matth.* in agro Monſpelienſi frequentem rectè obſervaverat. Floret Maio & Iunio menſibus, fructus autumno pulchrè rubet. Miramur cur fructum nigrum ei tribuat L v g d. niſi quòd vetuſtate nigreſcit. Pro Veterum caſſia in Officinis utebantur quidam, ut inquit I. B. ad cõtraria tamen valere, ex guſtu aſtringente colligit, & ad inteſtinorum fluxus potiùs utilem eſſe.

C a s t a n e a ſativa P i n. Plures ſparſim in vineis habemus arbores; at tantâ copiâ in montibus Cebennæ, inter ipſas rupes luxuriant, ut ipſis incolis ferè alimento ſint. Caſtaneæ difficilis ſunt coctionis, & craſſum præbent nutrimentum, membrana quæ eſt ſub cortice omnia profluvia ſiſtit.

C a v c a l i s, ſive lappula canaria latifolia I. B. ipſius deſcriptio & figura noſtram ritè exprimunt, ſed lappam boariam Plin. L v g d. ad ſequentem reducimus, quia (ut habet L v g d.) folia habet valdè & crebrò inciſa, quod ſequenti optimè convenit, tum & figura L v g d. circa Monſpelium *Cherlerum* obſervaſſe, dicit I. B. inter ſegetes, ſed perpetuò purpuraſcente flore. At nos circa Salenovam in ſatis, & alibi copioſam vidimus Aprili & Maio menſibus cum floribus purpureis, & cum floribus albis. Calidam & ſiccam caucalidem ex G a l. docet M a t t h. & urinam ciere.

Digitized by Google

Cavcalis Monſpeliaca echinato magno fructu Pin. Lappa boaria Plinij Lvgd. abundat in ſatis Salenovæ, alibíque Maio menſe cum flore paſſim conſpicitur.

Cavcalis arvenſis echinata magno flore Pin. coronatâ umbellâ Camà Mirrhidis Monſpelienſis nomine miſſa fuit I. Bauhino. Vltra pontem Caſtrinovi ad lævam, ſecus Ledum amnem, in elatis vinearum ſepibus, tum etiam circa Salenovam Maio menſe eleganter floret.

Cavcalis arvenſis echinata, paruo flore & fructu Pin. Lappula canaria flore minore, tenuifolia I. B. menſe Maio florentem vidit prope *Caſtelneuf* I. B. in ſatis ſparſim etiam copiosè reperitur.

Cavcalis pumila maritima Pin. perraram obſervavit *Cherlerus*, teſte I. B. in ora maritima Narbonenſi; nobis autem ſæpiùs viſa fuit in toto tractu maritimo, uſque ad montem Cetium.

Cavcalis ſemine aſpero floſculis rubentibus Pin. in vineis paſſim occurrit, cujus ſemen veſtimentis adhæret, tempore vindemiarum. Major evadit in pinguiori ſolo, & Anthriſcus quorundam ſemine aſpero, hiſpido I. B. dicitur.

Cavcalis nodoſo echinato ſemine Pin. ſecus omnes ferè ſatorum margines vere floret, & multùm differt à præcedenti, quidquid dubitet I. B.

Cedrvs folio cupreſſi major, fructu flaveſcente Pin. Sabina major, & oxycedrus cupreſſi folio Monſpelienſium Lob. *Obſ.* in eadem planta folia acuta, & retuſa notavimus.

Digitized by Google

Ratione ætatis variat, ideò major, media, & minor *in Pin.* in monte Cetio ſpontaneam dicunt Lob. C. B. *in Matth.* & I. B. in plurimis etiam aliis ſquallidis ilicetis reperitur. Iuniperi vires habere dicunt.

Centavrivm minus Pin. minus flore purpureo I. B. in pratis, aliiſque pinguibus & humentibus locis oritur, quod Iunio menſe cum floribus colligitur, vulgò *de treſcalan rouge.* Calidum & ſiccum eſt, datur decoctum utiliter in febre tertianâ, jecoris, & lienis obſtructiones ſolvit, vermes enecat, & colicos dolores à cauſa frigida oriundos mitigat. Reperitur permixtum cum floribus albis.

Centavrivm minus ſpicatum album Pin. Hinc inde circa Monſpelium reperiri dicit C. B. *in Prodr.* & *in Matth.* Illud in maritimis circa pagum *Perauls*, tum floribus albis, tum floribus purpureis ſæpiùs collegimus; videndum an ſit tantùm varietas minoris. Addam hîc me Iulio menſe Centaurium minimum purpureum ramoſum inveniſſe, in pratulo luci Gramuntij, in quo creſcit gratiola, cujus caulis ſemipalmaris, & palmaris ſtatim à radice in plurimos ramulos dividitur, & hi rursùs in alios in quorum ſummitate unicus flos à longo pediculo oritur; hoc anno mihi ſolummodò iſtud videre contigit, ideò nolui ſpeciem novam facere, quouſque an à minori diſtinguendum ſit, rectè noverim.

Centavrivm luteum perfoliatum Pin. in agro Monſpeliano olim obſervabat Clvs. & prope prædia Rondeletij, & Aſſatij Ad. in

Digitized by Google

ejus floribus Monſpelij luteum ſuccum vidit I. B. quod invenit in pratis udis verſus Lateram, & Lupum montem; hunc etiam locum notat C. B. *in Matth.* Abundat in rivulo fontis *Putanelle*, & toto Ledo amne, Maio & Iunio menſibus cum flore. Iiſdem cum minori faſcultatibus præditum eſſe arbitratur I. B.

Centavrivm puſillum luteum Pin. in maritimis herbidis circa *Perauls*, plurimum oritur, quod à priori tum caule, tum floris capitulo facilè diſtinguitur.

Centinodia. Vide *Polygonum*.

Cerasvs acida Matth. in elatis marginibus Ledi amnis, variis in locis ſpontè, ut veriſimile eſt, oritur: varias præterea ſpecies in vinetis cultas habemus. Frigida & ſicca cenſentur ceraſa, , ſtomacho æſtuanti grata ſunt, ardorem febrilem mitigant, cibi appetentiam excitant. Gummi quod ex ceraſo diſtillat, cum vino potum inveteratam tuſſim ſedare audivit Trag.

Cerasvs ſylveſtris amara, *Mahaleb* putata I. B. in ſylva Valena, quà itur ad pagum *Viols*, abundat Iunio menſe cum fructu, vulgò *Amaral*. Baccis turdi aliæque aviculæ veſcuntur.

Ceterach Officinarum Pin. Aſplenium Ad. Monſpelij paſſim provenire rectè dixit I. B. intra & extra urbis muros; vulgò *Herbe daurade*. Non modò lienis tumores, ſed & omnia jecoris vitia feliciter ac citò curare multi prædicant; unum eſt ex quinque capillaribus.

Chamædrys vulgò vera exiſtimata I. B. vulgaris Clvs. Aprili menſe florentem prope *Caſtelneuf* vidit I. B. in luco Gramuntio, & pro-

nibus ferè ilicetis Iunio floret, ubi glabram & hirſutam obſervavimus, vulgò *petit Chêne*. Calefacit & ſiccat ſecundo gradu. Ictero ac lienoſis confert, menſes & urinas ciet. Expertum remedium adverſus febres tertianas à ventriculi debilitate ortas paratur ex decocto chamædryos abſinthij pontici, & centaurij minoris.

CHAMÆDRYS ſpuria anguſtifolia I. B. Veronica ſupina facie Teucrij pratenſis LOB. *Ic.* in quamplurimis pratorum marginibus repit, & Iunio floret.

CHAMÆDRYS ſpuria latifolia I. B. Teucrium ſpurium Chamædryoïdes LOB. *Ic.* In ſylva Valena oritur, quà itur ad pagum *Viols*, & in herbidis montis *Capouladou*.

CHAMÆDRYS laciniatis foliis LOB. *Obſ.* Botrys Chamædryoïdes PIN. in campis declivibus montis Ceti verſus mare, in elato colle in quo creſcit Libanotis ferulæ folio & ſemine, & in herbidis declivibus montis *Capouladou*.

CHAMELÆA tricoccos PIN. Monſpeliano agro circa *Miravaux*, & vicinum illi collem, viáque ad Frontignanum urbem, Cetio monti, vulgò *Cap de cete*, proximam, frequens eſt, Cluſio notante, fervidi ſqualidíque loci amaſiam, in ſaxoſis Monſpelij uberè fruticare teſtatur I. B. & in olivetis cultis prope Frontignanum. AD. Abundat etiam prope pontem Villænovæ. Calida & ſicca eſt tertio gradu, magni uſus ſucci totius plantæ Monſpelij ad hydropem, dicit LOB. *in Ad.* ubi Pharmacopœi exſiccatum exhibent à ʒ. i. ad ʒ. ij. per ſe, vel cum aliis hydragogis, (authore Rondeletio Profeſſore) perbono even-

Digitized by Google

tu. Abdomini hydropicorum admotus, potenter aquas prolicit. Vulgò dici *Garoupe*, teſtatur Clvs.

Chamæleon niger Salmanticenſis Clvs. Acarna major caule folioſo Pin. in campeſtribus circa montem Lupi, Salenovam, & Frontignanum Iulio menſe floret.

Chamæmelvm vulgare Leucanthemum Dioſc. Pin. Anthemis vulgatior, ſive Chamæmilla Ad. Monſpelij in ſegetibus Maio menſe florens vidit I. B. in ſatis circa *Perauls*, & alibi copiosè reperitur. Tenuium eſt partium ex Gal. ideò digerit, rarefacit, florum decoctum, ſive intùs aſſumptum, ſive extrà admotum, dolores mitigat, communi omnium experimento, necnon optimum febrium intermittentium remedium cenſetur.

Chamæmelo affine buphthalmum Segetum altiſſimum I. B. Chamæmelum leucanthemum magno flore Pin. folia diſcum floris ambientia lutea, dicit *in Prodr.* C. B. quod ſine dubio error eſt Typographi; nam leucanthemum non dixiſſet niſi alba fuiſſent. Vulgare eſt in ſatis, quod foliorum diviſurâ, altitudine, & majori flore à Cotulis facilè diſtinguitur.

Chamæmelvm inodorum Pin. Cotula inodora Ad. ubique paſſim in viarum marginibus Aprili, Maio, & Iunio menſibus floret. Chamæmeli vulgaris virtutibus proximum ſtatuit Lvgd. Experimento plurimorum ſcimus dolores hæmorrhoïdum lenire, ſi pro potu ſumatur aqua in qua per aliquod tempus infuſum fuerit.

Digitized by Google

CHAMÆMELVM fœtidum PIN. Cotula fœtida AD. in maritimis montis Ceti iſtud inveni aliquando foliis tenuiùs diſſectis, quod fortè Chamæmelum maritimum fœtidum I. B. quod ex maritimis Narbonenſium habuit. Non aliter quàm caſtoreum contra præfocationem uteri, inſeſſu, fotu, & odoratu ſaluberrimum cenſet TRAG.

CHAMÆMELVM maritimum, & Cotula marina quibuſdam LVGD. ad Ceti montis radices prope piſcatorum attegias frequens oriri teſtantur AD. quod repetit LVGD. dum Parthenium maritimum vocat. In noſtris maritimis vulgare eſt, & totâ æſtate floret.

CHAMÆPITYS lutea vulgaris, ſive folio trifido PIN. amat ſabuleta arida, lapidoſáque vineta, & oliveta Narbonæ, ut ait LOB. *in Ad.* Paſſim provenit in ſabuloſis circa *Boutonetum, & Caſtelnau.* Martio menſe Monſpelij florentem obſervaverat I. B. Calefacit ſecundo gradu, ſiccat tertio: Iſchiadicos juvat, jecoris obſtructionibus, & urinæ difficili medetur, tum & frigidis cerebri affectibus.

CHAMÆPITYS moſchata foliis ſerratis PIN. Chamæpitys ſpecies Monſpel. GESN. *hort.* Iva moſchata Monſpelienſium AD. TAB. GER. & I. B. provenit in montibus circa *Caſtelneuf*, locis petroſis, annotantibus I. B. & C. B. *in Matth.* Nihil abundantius per æſtatem & autumnum in ſatorum & vinearum ſiccioribus marginibus reperitur. Ad ſanguinem repurgandum utebantur Luſitani, ut habet CLVS. quidam contra morbum comitialem commendant. Gra-

Digitized by Google

num habet odorem, æſtate præcipuè; quod non noverat LOB. *in Ad.* dum ironicè moſchatum dici tradit.

CHAMÆSYCE Dalech. LVGD. in agro Monſpelienſi gigni GESN. & LVGD. teſtes ſunt. In olivetis, & vinetis, præſertim aridis & ſabuloſis, non procul Monſpelio, ad patibulum viâ, & tractibus maritimis oriri addit LOB. *in Ad.* In ſatis ſabuloſis circa urbem æſtate, & autumno repit. Ad Tithymali vires accedit.

CHELIDONIVM majus vulgare PIN. copioſè oritur in vepribus prope ſepes, in ſcrobium ripis circa Lateram, & in aliis umbroſis & humentibus. Calefacit & ſiccat ordine tertio; ad viſum commendatur; herbæ ſuccus eryſipelata curat, multorum facto experimento; cavendum tamen à vi deurente.

CHELIDONIA rotundifolia major PIN. Monſpeſſuli repertiri dicit C. B. *in Prodr.* foliis & flore multò majoribus quàm quæ ſequitur. Similem circa pontem Caſtrinovi in umbroſis vidimus, quam à minori vix ſeparandam eſſe arbitramur. Quæ

CHELIDONIA rotundifolia minor, foliis maculatis, & foliis non maculatis PIN. Februario & Martio menſibus Monſpelij florere, rectè dicit I. B. Abundat in humentibus & uliginoſis agris circa urbem. Hemorrhoïdum herba dicitur; radices enim & folia in hæmorrhoïdum doloribus mira præſtant.

CHONDRILLA juncea viminea arvenſis TAB. I. C. viminea I. B. figura TAB. rectè inferiora folia hedypnoidis exprimit, & flores ſe-

cundum vimineos caules: vitioſæ ſunt figuræ Clvs. & I. B. at deſcriptio I. B. optima eſt, niſi quòd flores in extremis tantùm ramulis ponit, in ſatorum marginibus & in vineis frequentiſſima reperitur Iunio & Iulio menſibus florens. Cichoraceorum vires obtinent Chondrillæ.

Chondrilla viſcoſa caule foliis obducto Pin. ad iſtam potiùs quàm ad ſuperiorem refero, Chondrillam vimineam viſcoſam vinearum Ad. Dicunt enim quòd foliola ſecundum viticulorum longitudinem, certis & æquis intervallis diſtincta, ad faſtigium uſque porriguntur, ſpeciémque virgarum, viridi albóque variegatarum præbent; quæ in noſtra vera ſunt; figura tamen vitioſiſſima eſt. Copioſè floret menſibus Iulio, Auguſto, imò & autumno in lapidoſis marginibus vinearum, circa *la Colombiere*, *la Valette*, & plurimis aliis in locis, rectéque notaverat Lob. *in Ad.* cis pontem Caſtrinovi. Addit Chondrillam vimineam Monſpeliacam C. B. *in Prodr.* quam in aridis aggeribus viarum æſtate circa Monſpelium, & in monte Lupi reperiri tradit, quam nondum invenire licuit.

Chondrilla cærulea Cichorij ſylveſtris foliis Pin. ſæpiùs Maio menſe collegimus *à la Colombiere*, inter cocciferas ilices, & in magnis rupibus juxta fluvium *la Mauſſon*, prope *Grabels*, plurimíſque aliis in locis ſaxoſis, in quibus foliis latioribus, & flore dilutè purpuraſcente pulchrè variantem notavimus.

Chondrilla cærulea, Cyani capitulo

Pin. Catanance Dalech. flore Cyani, folio Coronopi I. B. Monſpelij florentem vidit C. B. in colle juxta *Caſtelneuf*, ut teſtatur I.B. in ſqualidis collibus & herbidis ad Lanum copioſam notant Ad. & Lvgd. In omnibus ferè ſterilibus locis, vulgò *Garrigues*, Iunio & Iulio menſibus floret.

Chondrilla ſeſamoides, dicta cærulea, flore completo Eyst. circa fontem *Piquet*. Iunio menſe cum eleganti plenóque flore vidimus, variis etiam in locis frequens eſt, & ſolo flore à ſuperiore diſtat.

Chondrilla foliis cichoraceis tomentoſis Pin. Hieracium magnum Dalech. Lvgd. copioſè circa ſatorum margines vere floret. Hedypnoin Monſpeſſulanam vocat I. B. invenítque in pratis, necnon & locis ſiccis, imò in ipſis etiam Vrbis muris: at duas plantas confundit, figura cum deſcriptione iſtius ſunt; *in ſynonimis* verò malè conjungit Chondrillam iſtam cum dente leonis Aſphodeli bulbulis, & C. B. reprehendit, qui rectè ſeparaverat.

Chondrilla puſilla maritima lutea bulboſa Ad. ſecus inſulam, & lacuſtres tractus montis Ceti ad piſcatorum attegias repertam fuiſſe dicit Lob. *in Ad.* ex quibus locis bulbulós habuit I. B. In herbidis locis oræ maritimæ, paſſim inter juncos repit, tum & aliis multis in locis, ut verſus *la Colombiere*, & *Mommau* intra lapillorum acervulos Majo menſe floret. Ad ſtrumas curandas mirè prædicat Mycon. apud Lvgd. ſi radiculæ cum melle ſæpiùs ſumantur.

Chondrillis affinis quædam laciniata;

an

Digitized by Google

an trinciatella I. B. ſonchus lævis Matth. Lob. *Ic.* Monſpelij obſervavit I. B. ejúſque etiam minorem ſpeciem circa *Gigean* Aprili florentem. Copiosè reperitur in ſquallidis locis circa Salenovam, *Momnau*, *la Colombiere*, totóque ferè anno floret. Martio menſe dum novella eſt planta, ad acetaria defertur, vulgò *Terregrepe.* Ab iſta non diſtinguendam putamus crepidem Dalech. Lvgd. quam in aggeribus terrenis agri Monſpelienſis naſci tradit, quæ verba refert I. B. & aliam vitioſam figuram dat, imitando figuram Lvgd. quæ parum noſtram Terramcrepolam repræſentat, ſub nomine, ſonchis affinis Terracrepola.

Chrysanthemvm flore partim candido, partim luteo, Pin. creticum mixtum Eyst. ſpontè nobis aliquando occurrit, rarò tamen circa ſata prope urbem Iulio menſe cum flore.

Cicer ſativum Pin. in agris ſeritur, culinæ enim inſervit; calefacit & ſiccat primo gradu; urinas potenter movere omnes ſciunt.

Cicerbita. Vide *Sonchus.*

Cichorivm ſylveſtre, ſive officinarum Pin. à ſativo culturâ tantùm diſtinctum, Monſpelij obſervavit I. B. in ſatorum & vinearum herbidis marginibus paſſim obvium eſt. Frigidæ ſiccæque temperaturæ à Gal. cenſetur: ſeleƈtiſſimum præbet medicamen (ait Matth.) immodicè calenti hepati, quocunque modo uſurpatum, robur enim & tonum conſervat; ejúſque venulas obſtructas expedit.

Cinara ſylveſtris latifolia Pin. ſcolymos ſylveſtris, ſive chamæleonta Monſpelienſium

Digitized by Google

Lob. *It.* Nomen hoc ultimum malè datum fuit *in Icon. Lob. pag.* 2. *tom.* 2. Acantho aculeato; circa Monſpelium in lætis agris proſilire notat Lvgd. & abundè Iunio florentem rectè obſervavit I. B. præcipuè circa *Perauls*, vulgò dicitur *Cardonette*, cujus flore lac coagulatur, unde ob effectu, Carduum ſylveſtrem coagulatorium vocat Lob. *in Ad.* Contra ſterilitatem valere, & gravidarum partus ad juſtum tempus conſervare, vulgus arbitratur.

Cirsivm Monſpelianum folio longo glabro I. B. foliis non hirſutis, floribus compactis Pin. Monſpelij obſervârunt fratres juxta molendina; & rectè Ad. in locis vadoſis Lani amnis Monſpeliaci, & pratenſibus lacuſtribúſque littoréis à Gramuntio luco ad meridiem devexis, oriri tradunt. Varicum dolores ſedare plurimi dicunt.

Cistvs mas quartus Monſpelienſis, folio oblongo albido I. B. in monte Cetio frequentem eſſe dicit Clvs. in itinere verſus Frontignanum inter ſaxa, & monte Cetio, Aprili & Maio menſibus florentem rectè etiam notavit I. B. Deſiccans eſt Ciſtus ex Gal. ſecundo ferè ordine. Dyſenterias, ventris imbecillitates & fluxus ſanat, ulcera ſiccat.

Cistvs mas ſupinus fimbriatis & ſinuatis foliis Lob. *Obſ.* mas quintus Clvs. Raram iſtam Ciſti ſpeciem in ſterilibus locis vulgò *Garrigues*, inter *Pezenas* & *Beziers*, Maio menſe florentem copioſè inveni, quam licèt novem circiter leucis diſtantem, ob elegantiam addendam arbitratus ſum.

Digitized by Google

Cistus fœmina Monſpeliana flore albo I. B. ſalviæ folio Pin. in ſylva *Aigremont*, & monte Cetio notat I. B. ubi copiosè reperitur. Tum & altior quæ virgis eſt rectis, tum humilior quæ humi ſparſis. Ciſtum fœminam addunt Ad. quæ in quibuſdam catalogis, Ciſtus fœmina Monſpelienſis flore roſeo dicitur, ſed talem nondum vidimus.

Cistus ladanifera Monſpelienſium Pin. Nullam aliam vulgarem novimus, præter Ledum quintum Clus. quod & Ledum Monſpelienſe anguſto folio nigricante I. B. vulgò *Monges*, quo nihil vulgatius: foliorum varietas ex locorum diverſitate dependet, ideò in luco Gramuntio foliis eſt latioribus; in apertis verò & ſquallidis monticulis, multò anguſtioribus. In ſylva *Aigremont* quis diceret datâ operâ ſatum, inquit I. B. ex quo verno tempore cum aqua calida optimum ladanum confectum fuit. In hujuſce radicibus hypociſtidem Maio menſe copiosè collegimus, ſicut & in mare, & fœmina. Eſt autem hypociſtis efficax remedium ad omnes fluxiones, & ſanguinis rejectiones.

Cistus ledon foliis laurinis Pin. verſus *Corpouiran*, & *ſaint Iordi*, in incultis, vulgò *Garrigues*, naſcitur. Iſto utuntur quidam cum felici ſucceſſu in unguentis vulnerariis.

Cistus ladanifera Hiſpanica incana Pin. Ledum primum anguſtifolium Clus. *Hiſt.* cum ſuperiori iiſdem in locis permixta reperitur.

Cistus humilis, ſive Chamæciſtus vulgaris luteo flore Pin. Helianthemum à Monſpe-

Digitized by Google

lienſibus vocari, & ad ciſtos paruos referri notant Ad. & Lvgd. Monſpelij abundare vidit I. B. circa Salenovam, & in loco dicto *la Garrigue dau Tarral*, paſſim conſpicitur, vulgò *Hyſſop de Garrigue*. Confert ſanguinis ſputo.

Cistvs humilis foliis minoribus & incanis Pin. Helianthemum omninò candicans, flore albo vel pallido I. B. qui eum in monte prope *Caſtelneuf*, rectè ſpontaneum dicit; reperitur etiam in ſterilibus circa Salenovam.

Cistvs humilis, ſive helianthemum flore albo, folio anguſto I. B. Monſpelij ramis partim erectis, partim repandis oriri rectè dicit. In ſterilibus locis ultra *la Colombiere*, & in campeſtribus montis Lupi Iunio menſe copioſè floret.

Cistvs humilis, ſive Helianthemum folio thymi incano I. B. cum flore obſervabat adhuc menſe Septembri prope *Caſtelneuf*, & juxta patibulum, Maio & Aprili menſibus in monte Ceti, in quibus locis ſæpiùs legimus. Figura quarti Clvs. quem quinto loco deſcribit, ſatis convenit huic noſtro thymifolio.

Cistvs humilis, ſive Helianthemum folio ſampſuci, capitulis valde hirſutis I. B. hunc etiam Monſpelij collectum habuit. Iuxta patibulum magnâ copiâ fruticat, Ciſti folio majoranæ nomine notus.

Cistvs humilis, ſive Chamæciſtus ſerpilli folio nigricante & hirſuto, flore aureo odorato I. B. circa *la Colombiere*, & fontem *Piquet*, Maio menſe copioſè floret; plurimos in ramulis habet flores triplo minores quàm Helianthemi vulgaris, ut dicit I. B. de Ciſto helianthemo

Digitized by Google

flore paruo luteo : figura non placet.

Cistvs humilis, ſive Chamæciſtus foliis myrti minoris incanis Pin. in monte *Capou-Ladou* ſæpiùs nobis occurrit Iunio menſe cum flore.

Cistvs humilis, ſive Chamæciſtus Ericæ folio luteus erectior Pin. in ſterilibus circa *Caſtelneuf*, Salenovam, aliiſque plurimis in locis reperitur.

Cistvs humilis, ſive Chamæciſtus Ericæ folio humilior Pin. Ciſtus humilis anguſtifolius coris Monſpelienſis foliis Lob. *Obſ.* Hos rectè ſeparamus, quia non tantùm magnitudine differunt, ſed & modo conſervandi ſeminis; ſiquidem erectioris capſula ~~dum aperitur~~, decidit ſtatim ſemen, ſicut aliis accidit; at in humiliori quamvis capſula aperta ſit, & prona verſus terram, manet tamen ſemen quaſi capſulæ adhærens. Monſpelij ſtudioſi videbant ſecus patibulum caſtrinovi (ut inquiunt Ad.) Circa Boutonetum etiam, Salenovam, & *la Colombiere*, frequens eſt.

Cistvs plantaginis folio Pin. Tuberaria major & minor Mycon. Lvgd. Vtrumque abundè producit ſylva Gramuntiana, loci humidioris, vel ſiccioris naturâ variat, & Maio menſe floret; cum anguſtiſſimis foliis plurimis aliis in locis invenimus, valde accedentem ad Ciſti ſpeciem annuam anguſtifoliam I. B. quam Maio menſe florentem invenerat C. B. ut refert I. B. quà itur *Perauls*, ubi nos Ciſtum plantaginis folio majorem, & anguſtioribus foliis notavimus, præcipuè in loco dicto *la Garrigue de Perauls*.

Digitized by Google

Piloſellæ facultatibus affinem ex Mycon. dicit Lvgd.

Cistvs annuus folio Ledi, flore luteo I.B. annuus Ledifolius Lob. *Obſ.* quem invenit viâ quæ ducit ad Rondeletij prædium, inter sferro cavallo, & criſtas gallinaceas, nos in loco dicto *la Garrigue dau Tarral*, & circa Salenovam in herbidis incultis ultra pontem ſæpiùs collegimus.

Clematis ſylveſtris latifolia Pin. vitis nigra Fvchs. in vinearum marginibus inter vepres & ſentes frequens reperitur, unde *Viorna* dicitur, quia vinearum ſepes ornat. Calida eſt, ad aquas hydropicorum educendas utilis cenſetur.

Clematis, ſive flammula ſcandens tenuifolia alba I. B. Clematis altera urens Ad. circa Gramuntium, alibíque ſepes, & arbores ſcandit, ut optimè notat I. B. in pratis Gramuntio ſuppoſitis, aliiſque in locis, minor ac anguſtiſſimis foliis oritur; ideò (aiunt Ad.) Narbonæ, & Galloprovinciæ ſpontè, & in pratis maritimis humi ſparſa tenera, & humilis viſitur. Hæc eſt Clematis maritima repens B. *Prodr.* & Clematis parva in montibus prope *Caſtelneuf* I. B. in luco Gramuntio latifoliam bipedalem inveni, ſed nondum ritè obſervavi an ſit tenuifolia ſcandens, an vero latifolia ſurrecta. Flammula dicitur, quia non ſecus ac flamma cuti appoſita, fervorem inducit, & veſicas excitat, ideò quarto gradu calida cenſetur: ex ejus foliis aqua elicitur, ſpiritûs vini inſtar, fervida.

Clematis daphnoïdes major, flore cæru-

Digitized by Google

leo, & flore albo I. B. Vinca pervinca vulgò, in umbroſis ſatorum, & vinearum ſepibus magnâ copiâ circa Monſpelium toto anno viſitur, ut etiam teſtatur I. B. qui floribus albis quà itur Frontignanum invenit. Vidimus nos in eadem via circa *Monteils*, Ianuario & Februario menſibus cum floribus cæruleis, & floribus albis. Siccat & aſtringit, ad menſtrua alba ſiſtenda utebatur Rondeletius, authore Lob. *in Obſ.*

Clinopodium origano ſimile Pin. Tragoriganum Monſpelienſe Dalech. Lugd. plurimum naſcitur in agro Monſpelienſi, ut ait Lugd. paſsímque juxta ſepes obſervavit I. B. ſed præcipuè prope pontem Caſtrinovi, Iunio cum flore, in umbroſis locis copioſum vidimus, & legimus. Calidum & ſiccum eſt, caput ac viſcera roborare dicunt.

Clinopodium arvenſe ocymi facie Pin. Acinos multis I. B. notiſſimum eſt Pharmacopœis apud Monſpelienſes, inquit Lob. *in Ad.* ubi glareoſos ac aridos tractus occupat. Aprili & Maio menſibus cum flore reperit I. B. quà itur *Caſtelneuf*, è regione domûs leproſorum, & in colle prope Vrbem. In ſatorum marginibus circa pontem Caſtrinovi, & in ipſis ſatis æſtate & autumno floret. Calidum & ſiccum tertio ordine quidam ſtatuunt, quod non probat Dod. qui aliquantulum calidum & ſiccum eſſe non abſque adſtringendi vi, ac potentiâ dicit.

Colchicum commune Pin. Monſpelij vidit I. B. nos in pratis Salenovæ, & Boutoneti Septembri menſe cum pulchris floribus roſeis ſæpiùs legimus. Incautè ſumpta radix fungorum

Digitized by Google

more ſtrangulat (ut dicit DIOSC.) plurimáque veneni ſymptomata producit. Remedium præſentaneum eſt lac aſininum calidè ſumptum. Alia plura proponit DIOSC. quem conſule.

COLUTEA veſicaria PIN. in ſaxoſis ſterilibus ad Frontignanum, ſpontaneam oriri refert LOB. *in Ad.* ad montem Lupi in valle notat CAM. ſæpiúſque nos circa antrum prope Miramvallem, & juxta Ledum amnem in rupibus prope *la Valette*, Aprili menſe cum flore obſervavimus. Eius folia leviter purgare dicunt plurimi, ſemen autem vomitum ciere teſtatur MATTH.

COLVTEA ſiliquoſa, ſive Scorpioïdes major PIN. Monſpelij multis in locis nemoroſis inter buxos erumpere, ait I.B. & optimè, cum AD. In Valena ſylva, & prope fluminis crepidines cis Lanum, quæ repetit C. B. *in Matth.* circa Monſpelium, notat etiam CAM. Copioſam vere cum flore in tota ſylva Valena vidimus. Coluteæ veſicariæ vires obtinere dicit LVGD.

COLVTEA Scorpioïdes coronata LOB. *Obſ.* Polygala Valentina ſecunda. CLVS. In monte Cetio inter alia arbuſta verſus mare, Maio florentem legimus, & in ſylva Valena circa *Caravettes.* A Cherlero collectam habuerat I.B. In plano campo verſus montem Lupi. In noſtra florem odoratiſſimum obſervavimus.

COLVTEA caule geniſtæ fungoſo I.B. Polygala major Maſſiliotica PIN. oblata Monſpelij fuit I. Bauhino, quam in monticulis circa Maſſiliam copioſam olim collegimus.

Digitized by Google

Consolida regalis arvenſis Pin. cum floribus purpuro-cæruleis, & floribus albis in ſatis Maio & Iunio menſibus paſſim occurrit. Aqua diſtillata commendatur ad oculorum caligines, ſuccus autem plantæ ad vulnera ſananda.

Consolida media Pratenſis cærulea Pin. Bugula Dod. in pratis circa Lateram copioſa naſcitur, Aprili menſe florens; mira de ipſius virtutibus prædicant Authores. Intùs & extrà, aſſumpta & admota vulnera ſanat, viſcerum obſtructiones reſerat, ipſiſque robur addit, jecori præcipuè, reperitur aliquando cum floribus albis.

Convolvulus major albus Pin. ſmilax lævis Matth. ſecus Ledum amnem, & rivulum Vrbi vicinum plantas omnes amplectitur; Iulio & Auguſto menſibus floret. Calidus moderatè cenſetur, reſolvit & deterget. In maritimis circa Villamnovam, & Frontignanum juxta tamariſcos, foliis anguſtioribus, craſſioribus & ferè ſemper auriculatis oritur. Qui

Convolvulus major albus maritimus craſſiori & auriculato folio, helxine ciſſampelos Ad. naſcitur (ut inquiunt) inter vineta muſchatelina, maritimáſque ſepes, tamariſcos, prope ſegetes ad Frontignanum, cujus lacteo ſucco, impoſtores cum ſucco tithymali paralij, & reſinâ colophoniâ ſcammonium ementiuntur. Invenimus ſæpiùs circa Villamnovam, & Frõtignanum; folia ſunt auriculata (& ut dicit I.B. de ſuo Convolvulo marino) folia hemionitidem peregrinam Cluſij referunt. An ſit tantùm varietas, indagandum erit.

Digitized by Google

Convolvulus minor arvenſis Pin. Volubilis minor Trag. paſſim in cultis, & incultis, tum & in marginibus ſatorum totâ æſtate cum floribus albis, roſeis, & variis conſpicitur. Folia tuſa cum oleo chamæmeli inſtar cataplaſmatis, tumoribus appoſita, mirè eos reſolvunt.

Convolvulus minimus ſpicæfolius, vel ſtœchadis citrinæ aut Linariæ Lob. *Ic.* Cantabrica quorundam Clvs. figura Cluſ. quæ eſt *in Ic. Lob.* bona eſt. Collegit eum I.B. quà itur Monſpelio *Caſtelneuf*, ſecus viam vere florentem. Abundat in ſterilibus locis *Garrigues* dictis, & totâ æſtate floret.

Convolvulus ſpicæfolius argenteus, radice repente, vix duarum aut trium unciarum altitudinem attingit, in incultis ſterilibus ultra *la Colombiere*, quà itur ad fontem *Piquet*, & circa Salenovam, major tamen evadit in locis pinguioribus. Folia ſunt oblonga veluti Lavendulæ, argentea; flos dilutè purpuraſcens, radix autem repit eo modo quo arvenſis minor. Eundem arbitrarer cum argenteo minore Hort. Reg. Bleſ. ſed huic folia ſubrotunda tribuit D. Moriss. in noſtro autem longa ſunt, ipſique convenit altera figura Convolvuli ſpicæfolij Lob. *Ic.* quam *in Ad.* poſuerat.

Convolvulus peregrinus pulcher folio betonicæ I.B. argenteus althææ folio, Pin. allatus fuit I. Bavhino ex monte Cetio, ubi nos copioſum vidimus inter rupes, eodem in loco, in quo portus Cetius conſtruitur.

Convolvulus minor ſemine triangulo Pin. Helxine Ciſſampelos altera, atriplicis effi-

Digitized by Google

gie AD. autumno in vineis & vervactis abundat cum ſemine.

CONYZA maior Monſpelienſis odorata I.B. mas Theophr. & maior Dioſc. PIN. in maritimis Nitiobrigum arvorum marginibus AD. & LVGD. ac ſecus vias & vinearum margines Septembri cum flore I.B. reperiri tradunt. Inutile eſſet locum determinare, cùm ubique ferè ſecus ſatorum, & vinearum margines toto autumno abundè floreat. Calida eſt, menſtrua potenter movet, ſerpentes fugat, pulices necat, ex DIOSC.

CONYZA minor vera AD. & I.B. cuius figura tranſpoſita eſt; eam ſpontè Monſpelij obſervavit I.B. & in Gramuntiæ ſylvæ finitimis agris AD. ac infra ſylvulam illam ſecundum quam via eſt Monſpelio ad *Perauls*, ſtagnis adjacentem pagum CLVS. ſecus humentes vias Septembri menſe cum flore paſſim reperitur.

Digitized by Google



Digitized by Google

Conyza caulibus rubentibus tenuioribus; flore luteo nudo. Septembri menſe florentem copioſè inveni in foſſis humidis, ſecus viam quà è pago *Perauls* itur ad ſtagnum, ad dexteram. Caulem habet cubitalem rubentem in varios ramulos ſubdiviſum; folia dum adhuc planta ſemipedalis eſt, Conyzæ maioris latitudinem habent; & Ciſti ladaniferæ folia repræſentant, dum verò debitam acquiſivit magnitudinem, & floret, anguſtiſſima ſunt, & contracta: ramuli tenues, flores proferunt rariores multò quàm ſint in ſuperioribus, luteos, in calice rotundo & oblongo, nullis foliolis radiatim cinctos, & in pappos evaneſcentes. Annua eſt planta gravem habens odorem Conyzæ maioris. Accedit iſta ad Conyzam annuam ſiculam luteam, foliis atro-viridibus, caule rubente, quam habet Paul. Boccon. ſed huius figura, noſtræ nec folia, nec flores ritè exprimit, nec convenit, quod in ſuæ deſcriptione dicit, florem minùs eſſe compactum quàm Conyzæ minoris.

Conyza tuberoſa lutea, foliis anguſtis & rigidis. Conyza marina Lugd. malè ſub Chondrilla poſita *in Pin.* in campeſtribus iuxta montem Lupi collegiſſe *Cherlerum* dicit I. B. ubi ſecus vias Iulio & Auguſto menſibus florentem ſæpiùs legimus.

Conyza media aſteris flore luteo, vel tertia Dioſc. Pin. vulgò Conyza mentaſtrica. Monſpelij obſervavit I.B. ubivis ſecus rivulos, & Ledum amnem copioſè oritur.

Conyza minima Ad. flore globoſo Pin. in humentibus locis; ſecus vias multa per æſta-

Digitized by Google

tem, & autumnum conſpicitur, Monſpelij herbam ſancti Rochi d'ci, ex C. B. refert I. B. Auguſto, & Septembri menſibus floret.

Conyza major vulgaris Pin. Baccharis Monſpelienſis Lob. Clvs. Gesn. Lvgd. Cam. & Gir. valdè ſub hoc nomine circa Monſpelium nota eſt, ut habent Ad. Lvgd. & Clvs. Frequens eſt in umbroſis vinearum marginibus circa pontem Caſtrinovi, alibique multis in locis, Auguſto menſe cum flore.

Conyza helenitis mellita incana Lob. I.B. ea fortè eſt quam in elato, & herbido colle ultra pontem Salenovæ ad dexteram prope *Caunelles* ſæpiùs vidimus; ſed an flos odorem habeat mellis, non recordamur.

Conyza cærulea acris. Pin. Erigeron quartum Dod. circa pontem Caſtrinovi, in herbidis locis, & in incultis copioſè naſcitur.

Corallina I. B. Muſcus maritimus, ſive Corallina Officinarum Pin. in maritimis circa *Perauls*, Magalonam, & montem Cetium ſæpiſſimè collegimus. Vermes enecare nullus eſt qui ignoret.

Corallina fruticoſa recta alba Pin. eam etiam variorum colorum in noſtris maritimis habemus. In Narbonæ mediterraneis littoribus reperiri notaverat Lob. *in Obſ.*

Coriandrvm minus teſticulatum Pin. Iunio menſe nobis occurrit in ſatorum marginibus extra urbis portam dictam *lou Peirou.*

Coris cærulea maritima Pin. Monſpeliàca Ad. Cam. Tab. Lvgd. I. B. & C. B. *in Matth.* ad radices montis Ceti oriri annotârunt,

Digitized by Google

nec alibi notam dicunt Ad. ſucculentiorem circa Monſpelium vidit Clvs. Creſcit etiam in ſterilibus *Garrigues* dictis, Salenovæ, *lou Tarral*, alibíque copiosè: cum floribus albis, in maritimis prope Magalonam, collegimus.

Cornvs hortenſis mas Pin. plures arbores vidimus in vinearum ſepibus quà itur *Grabels*, & circa ſylvam Valenam. Fructus refrigerat, adſtringit, dyſenterias, aliáque alvi profluvia ſanat, vulgò *Cornies*.

Cornvs fœmina Pin. Virga ſanguinea Matth. Circa Monſpelium vidit I. B. in ſepibus enim vinearum frequentiſſima eſt, vulgò *Sangine*. Frutex infelix dicebatur, quia qui ſuppliciis tradebantur virgis hujuſmodi cædebantur, quouſque ſanguine maderent. Dicit Cam. Italos aquam ex ligno elicere, quâ ſolâ ſtrumas diſcutiant.

Coronopvs hortenſis Pin. Cornu cervinum vulgò I. B. copiosè in viis herbidis oritur; dum in locis ſiccis provenit, minor fit & hirſutior, dicitúrque Coronopus ſylveſtris hirſutior Pin. Paſſim circa Monſpelium ſpontaneum tantùm obſervaverat I. B. & collegerat circa Gramuntium Cherl. Frigidus, & ſiccus eſt, ac plantaginem facultatibus æmulatur; renum calorem temperat.

Coronopvs maritima major Pin. Plantago marina Ad. Monſpelij juxta mare, Auguſto menſe florere, rectè dicit I. B. paſſim enim toto littore inter juncos conſpicitur.

Coronopvs ſerpentina I. B. Holoſteum ſtrictiſſimo folio majus Pin. provenit in her-

bidis collibus circa pagum *Saint Martin*; ad lævam montis Lupi.

CORONOPUS Ruellij, ſive Naſturtium verrucoſum I. B. Ambroſia campeſtris repens PIN. ſecus herbidas vias, in ſolo præſertim humido & argilloſo paſſim obvia eſt. Cruda in acetariis, & cocta editur, ut ex Ruellio refert DOD.

COTULA. Vide *Chamæmelum*.

COTYLEDON major PIN. umbilicus Veneris MATTH. in omnibus vetuſtis, & muſcoſis vinearum muris vulgaris eſt, vulgò *Coucoumele*. Frigidæ & humidæ eſt ſubſtantiæ, externis inflammationibus, & hæmorrhoïdum doloribus multùm prodeſt.

CRISTA galli. Vide *Pedicularis*.

CRITHMUM multis, ſive fœniculum marinum I. B. fœniculum maritimum minus PIN. in maritimis ſaxoſis montis Ceti oritur, copioſè etiam ſupra tectum Eccleſiæ Magalonenſis. Folia aceto, & pipere condiuntur, & hoc modo parata, appetentiam excitant, viſcerum obſtructiones reſerant, & menſes movent.

CRITHMUM maritimum ſpinoſum PIN. Paſtinaca marina Monſpelienſium I. B. Monſpelij florentem ad mare obſervavit. Paſſim Auguſto menſe cum flore, in tota ora maritima reperitur.

CRITHMUM maritimum flore Aſteris attici PIN. Aſter atticus marinus quibuſdam DOD. ineptè admodum ſub Crithmo poſitus fuit. Vidit hunc etiam Monſpelij apud lacus ſalſos I. B. Auguſto, & Septembri menſibus cum flore. In maritimis abundat, vulgò *Limbardes*. Recentes ramuli

Digitized by Google

ramuli eodem modo quo fœniculum marinum conduiuntur; & ad idem utiles cenſentur.

CROCVS vernus minor alter, flore minori ex albo purpureo I. B. vernus anguſtifolius ſecundus CLVS. Februario, & Aprili menſibus florentem invenimus in loco dicto *la Garrigue, dau Tarral*, ad dexteram viæ regiæ, quà itur ad pagum *Saint Iean de Vedas*, in ſterilibus etiam circa *la Colombiere*.

CVCVMIS ſylveſtris aſininus dictus PIN. ſpontè importuno proventu oritur in ſatis circa urbem, puerulis notiſſimus (inquiunt AD.) qui fructum turgentem, vixdum digitis tactum, ludibundi in faciem invicem elidunt; radicibus multùm utebantur Practici Monſpelienſes ad anaſarcam, & aſcitem; ex fructu extrahitur elaterium, quod infernè & supernè violenter purgat, cujus ideò perrarus eſt uſus. Novi quendam qui unum cucumeris fructum in aqua fontana decoquebat, decoctum autem dabat ad febres quartanas eradicandas, ſed non ſine periculo.

CVPRESSVS MATTH. arbor exotica quidem eſt, ſed jam nobis factam eſſe indigenam, teſtis eſt I. B. qui Monſpelij abundare rectè notavit, ex ſemine enim facillimè oritur. Funebris arbor antiquis erat, quam juxta defunctorum ædes ponebant. Lignum plurimi frigidum cenſent, inſignis tamen odor calidum potiùs demonſtrat; nuces potenter adſtringunt.

CVSCVTA major PIN. Caſſutha DOD. in pratis Lateræ, & quamplurimis vineis circa urbem odioſa eſt, ideò LOB. *in Ad.* vites Narbo-

Digitized by Google

nenſes amplexatam, earum ſuccum populari rectè dicit, vulgò *Raſque*. Ad jecoris & lienis in farctus reſerandos commendatur.

CUSCUTA minor, ſive Epithymum PIN. Monſpelij ſupra Thymum; & Aſpalathum obſervavit I. B. ſupra Polium, Thymbram & Roſmarinum C. B. *in Matth.* nos etiam ſupra Lavendulam, aliáſque plantas, vicinas enim omnes amplectitur; modò intensè rubet, modò pallet, totum etiam album ſupra Lampſanam in monte Lupi notavimus. Perpendendum erit an rectè à maiori ſit diſtinguenda. Obſtructiones ſolvit; humores craſſos & melancholicos expurgat.

CYANUS ſegetum PIN. in agris Monſpelij florentem Maio, & Iunio menſibus vidit I. B. floribus purpureis & floribus albis inter ſegetes ſæpiùs invenimus. Frigidus & ſiccus ſecundo ordine cenſetur. Aquam diſtillatam ad oculorum ruborem utilem vult TRAG. & peſtilentibus morbis propriâ facultate adverſari, ex Placentino refert LUGD.

CYANUS peramarus ſupinus capitulis ſquarroſis ſeſamoïdis parvi AD. in pratis Lateræ, aliíſque humidioribus locis copiosè repit; ſub ſeſeleos pratenſis ramulis ad Cellamnovam, & aliis agri Monſpelienſis locis latitare dixerant AD. Latioribus, & anguſtioribus foliis reperitur, dum in humido, aut ſicco ſolo oritur: Auguſto & Septembri menſibus floret.

CYANUS pulchro ſemine Centaurij majoris I. B. Chondrilla foliis laciniatis ſerratis, purpuraſcente flore PIN. prope Lupum montem oriri

notat LOB. *in Obſ.* in ſterilibus circa Boutonetum, Salenovam, *la Colombiere*, alibique abundè Maio & Junio menſibus floret.

CYCLAMEN Byzantinum CLVS. radice caſtaneæ magnitudinis PIN. pluribus in locis montis *Capouladou* ſub buxis inter rupes reperitur, præcipuè *à la côte de Sauvebelle*, & *à las Cambrettes*; Martio menſe cum floribus purpuraſcentibus, & floribus albis. Calidum, & ſiccum eſt tertio gradu, ſtrumas reſolvit.

CYNOGLOSSUM vulgare maius PIN. vulgò lingua canis, Monſpelij provenire notat I. B. Abundat pluribus in locis, & valdè notum eſt. Frigidum & ſiccum ſecundo ordine, ac vulneribus ſanandis efficaciſſimum. Multò maius invenimus verſus montem Lupi, quod tamen diſtinguendum non putavimus.

CYNOGLOSSUM medium PIN. puſillum Narbonenſe AD. Monſpelij obſervavit C. B. ut dicit in *Phytop.* & nos Julio menſe cum flore invenimus verſus *Saint Martin*, dum ad hortum Dei tenderemus.

CYNOGLOSSUM Creticum anguſtò argenteo folio PIN. Ab iſto non diſtinguam Cynogloſſi vulgaris ſpeciem minorem & candidiorem I. BAUHINI, cuius figura noſtrum non malè repræſentat. Abundat in ſterilibus locis circa Salenovam, *Momman*, *la Valette*, & multis aliis in locis.

CYPERUS rotundus vulgaris PIN. Monſpeſſuli collegiſſe dicit C. B. *lib.* I. *Theatr. Bot.* in locis paluſtribus, magis tamen arenoſis; copioſum invenimus in pratulo luci Gramuntij, qui

Digitized by Google

ex radicibus rotundis caules producit, ut videre eſt in eius figuris cyperi rotundi inodori, non autem dependent ex radicibus.

Cyperus longus odoratus, ſive Officinarum Pin. paniculâ ſparsâ ſpeciosâ I. B. qui radices importuno reptatu circa Monſpelium luxuriare rectè dicit: additque, *Nos etiam cyperum odoratum circa Monſpelium variis in locis obſervavimus, ut juxta urbem ad rivulum, non longè à porta ſaint Gilles ad ſiniſtram.* Hæc ille. In hoc loco abundat, ut & ſecundum Ledum amnem, Julio & Auguſto menſibus cum panicula conſpicitur. Calefacit & ſiccat ſecundo ordine: urinas & menſes movet, & ulcera ſanat; ad varia odoramenta colligunt Pharmacopœi Monſpelienſes.

Cytisus glaber ſiliquâ latâ I. B. copioſè oritur in ſylva Valena, quà itur ad pagum *Viols*, ut etiam in monte *Caponladou*, tum & in ſaxoſis circa *Grabels*, juxta fluvium Maio menſe cum flore. Cytiſi uſus apud Veteres fuit, ad pecora paſcenda.

Cytisus foliis anguſtis quaſi complicatis Pin. circa Monſpelium foliis eſſe viridibus dicit C. B. in luco Gramuntiò frequens eſt circa ſata in ipſo luco ſita, ubi pulchrè floret Maio menſe.

D

DAucus glauco folio, ſimilis fœniculo tortuoſo I.B. maximè accedit ad ſaxifragam pannonicam Clvs. illum tamen refert I.B. ad Peucedanum pannonicum eiuſdem. Flores antequam aperiantur ſunt purpuraſcentes, aperti verò albi. Copiosè oritur in elato colle dicto *Ferrand*, ultra pontem Caſtrinovi ad lævam juxta fluvium, ubi autumno floret.

Daucus montanus multifido folio, ſelini ſemine Pin. Selinum montanum pumilum Clvs. in campeſtribus & ſterilibus viæ montis Lupi, Auguſto menſe abundè cum flore reperitur.

Daucus montanus apij folio maior Pin. Saxifragia Venetorum Ad. in deſcenſu montis *Capouladou*, inter rupes occurrit, tum & in rupetis umbroſis Valenæ ſylvæ, circa *Caravettes*.

Dens leonis vulgi; ſive Vrinaria Ad. vulgò taraxacon, Monſpelij toto anno florentem vidit I. B. ubique paſſim ſecus ſemitas reperitur. Adſtringit, & roborat magis quàm cichorium (cujus virtutes obtinet) authore Matth. in ardentibus febribus aquam diſtillatam commendat Trag.

Dens leonis latiore & rotundiore folio. Hieracium Narbonenſe rotundifolium, caule aphyllo I. B. quod è rupibus Monſpelio vicinis evulſum habuit: in ſatorum marginibus ſabuloſis circa Boutonetum frequens eſt.

Digitized by Google

DENS leonis folio tenuiſſimo B. *Prodr*. mirâ foliorum diviſurâ variat, & in herbidis viis ſæpiſſimè occurrit.

DENS leonis Monſpelienſium, Aſphodeli bulbulis AD. Monſpelij frequentem rectè dicunt AD. oritur enim multis in locis herbidis, ut Salenovæ ultra pontem ad dexteram, in herbidis etiam & depreſſis luci Gramuntij, alibíque. Iſtum confundit I.B. cum hedypnoide Monſpeſſulanâ, ut anteà monuimus.

DENS leonis minor folio aſpero B. *Prodr*. Monſpeſſuli provenire dicit, quem non vidimus.

DENTELLARIA Rondeletij. Vide *Lepidium*.

DIGITALIS major lutea, vel pallida parvo flore PIN. in herbidis declivibus montis *Capouladou*, Junio menſe cum flore ſæpiùs legimus.

DIPSACUS ſylveſtris, ſive labrum Veneris I. B. ſecus Ledum amnem, & rivulum urbi vicinum, tum & circa ſepes humidas & umbroſas paſſim naſcitur. Nullius, vel parvi, in Medicina uſûs; refrigerantis tamen, & ſiccantis facultatis eſſe, ac cancroſis ulceribus conferre dicunt AD.

DIPSACUS ſylveſtris capitulo minore, vel virga paſtoris minor PIN. Monſpelij in prato urbi vicino floruiſſe Aprili menſe narrat I. B. à nobis nondum inventus fuit.

DORYCNIUM. Vide *Trifolium*.

DRABA umbellata, vel Draba major capitulis donata PIN. in ſatis ubique repit, ut rectè annotat I.B. Calidam & ſiccam eſſe, fervidus

& deurens ſapor declarat ; ſemen piperis loco obſoniis admiſceri dicunt.

DRABA alba ſiliquoſa PIN. ſecunda CLVS. cuius deſcriptio apprimè convenit plantæ, quam in declivibus herbidis montis *Capouladou*, ſæpiùs invenimus, in loco dicto *la côte de Sauvebelle*, Junio menſe cum flore & ſiliquis.

DRABA ſiliquoſa floribus violaceis HORT. REG. BLES. Leucoïum marinum alterum latifolium LOB. *Obſ.* in declivibus etiam montis *Capouladou*, inter rupes primo vere floret, in loco dicto *las Cambrettes*.

DRACUNCULUS polyphyllos PIN. Anguina dracuntia AD. non procul mœniis Monſpeliacis inter ſegetes, & hyacinthos copioſam, & lætam videbant AD. jam difficile admodum foret ſive in ſatis, ſive in incultis reperire, & quidem factus hortenſis. Calidum & ſiccum ſecundo ordine dicunt. Vim habere adverſus ſerpentes, ex caulium maculis colligunt multi, vanâ prorſus coniecturâ.

E

EBULUS. Vide *Sambucus humilis*.

ECHIUM ſcorpioïdes arvenſe PIN. Alſine myoſotis AD. ſecus herbidos vinearum, & ſatorum margines Aprili & Maio menſibus ubivis floret, ſatiſque notum eſt auriculæ muris nomine. Ad ripam fluminis prope *Caſtelneuf* florens viderat I. B. quo in loco floribus albis legimus, tota etiam planta vulgari albidior erat.

Digitized by Google

Alſines virtutes obtinere credunt Botanici.

Echium ſcorpioïdes paluſtre Pin. in pratis Gramuntio ſuppoſitis, multiſque herbidis humentibus circa Lateram, & Salenovam Maio floret. Iſtud ſimiliter cum floribus albis invenimus.

Echium vulgare Pin. paſſim obvium eſſe Monſpelij rectè dicit I.B. ſecus vias enim in ſatorum marginibus provenit, totáque æſtate floret. Radix & folia cum vino pota demorſis à ſerpentibus auxiliantur; bugloſſi vires habere creditur, unde bugloſſum ſylveſtre vocatur.

Echium ſylveſtre hirſutum maculatum Pin. ſecundum, vel rubro flore Clus. ſparſim etiam in ſatorum marginibus iſtud oritur, eodémque tempore floret, quod floris colore, & ramulis ritè diſtinguitur.

Echium maius & aſperius flore albo Pin. Lycopſis Monſpeliaca floribus albis Hort. Reg. Bles. nuſquam niſi Monſpelij vidit I. B. copioſè reperitur in ſatorum marginibus Julio & Auguſto menſibus cum flore.

Echium maius & aſperius, flore dilutè purpureo. Lycopſis Monſpeliaca floribus dilutè purpureis Hort. reg. Bleſ. & Pin. non procul à littoribus Frontignani, & Doctoris Griffij rure, primò viderunt Ad. Circa Lateram in herbidis pratorum marginibus, & circa *la Valette* ſæpiùs collegimus.

Elatine folio ſubrotundo Pin. Veronica fœmina Fuchs. plurimam in ſegetibus Narbonæ naſci tradit Lob. *in Ad.* & frequentem obſervavit Monſpelij I. B. Cum flore Auguſto &

Septembri menſibus paſſim conſpicitur. Adſtringere cenſet Lob. *in Ad.* & prodeſſe dyſentericis: necnon ad cancros, carcinomata, malíque moris ulcera, mira præſtare.

Elatine folio acuminato, flore cæruleo Pin. rectè Monſpeſſuli in luco Gramuntio, & hinc indè circa vias reperiri tradit C. B. Auguſto menſe cum flore legimus circa pratulum luci Gramuntij, ſed abundantiùs in ipſis pratis ſub Gramuntio ſitis.

Equisetum maius aquaticum I. B. Hippuris Ad. ſecundum, tertium & decimum Pin. Idem eſſe arbitratur I. B. udis & humentibus gaudet ſcrobibus, unde paſſim obvium eſt, circa Lateram, & juxta Ledum amnem, vulgò *Caſſoudes baſtardes.*

Equisetum arvenſe longioribus ſetis Pin. quod idem cum pratenſi dicit I. B. in ſatis Lateræ, & pratis arenoſis odioſum eſt, frumenti enim, & fœni accretionem impedit, vulgò *Caſſoudes.* Frigidum & ſiccum eſt, ac vulnerarium: ad ventris fluxus immodicos convenire Gal. & Æginet. docent; Practici verò ad viſcerum obſtructiones reſerandas præſcribunt, fortè quia dixit Diosc. quòd urinam ciet.

Equisetum paluſtre brevioribus foliis, polyſpermum Pin. polygonum fœmina Dioſc. eiuſdem. In herbidis udis ad Cellamnovam notant Ad. Vidimus nos in ſcrobibus & torpentibus aquis circa Lateram, & pontem Caſtrinovi.

Equisetum fœtidum ſub aqua repens Pin. abundat in rivulo prope urbē, & in Ledo amne.

Digitized by Google

ERICA vulgaris glabra PIN. vulgatior myricæfolia AD. reperit in ſylva *Gramont*. I. B. ubi llam vere, & autumno cum floribus purpureis, aliquando albis videre licet. Tamariſci facultatibus cognatam ericam quidam volunt; oleo è floribus confecto utebatur (felici cum ſucceſſu) Rondelet. narrante CLVS. ad tollendos herpetes fœdos, & inveteratos, totam faciem occupantes.

ERICA maxima alba PIN. prima CLVS. calidarum regionum indigena eſt, in pleriſque proveniens collibus Valenæ ſylvæ Monſpelienſium, & ad radices montis Lupi, ubi humanam proceritatem utplurimum aſſequitur (ut optimè ait LOB. *in Obſ.*) ex quibus locis delatam ſæpiùs vidimus cum aliis fruticibus ad clibana calefacienda.

ERICA juniperifolia densè fruticans Narbonenſis LOB. *Obſ.* ſecunda CLVS. iiſdem in locis oritur, & maiori copiâ defertur. Dubius hæreo an hæ duæ tantùm floris colore differant, quod curioſiùs obſervabo.

ERICA maior floribus herbaceis purpurantibus LOB. *Obſ.* tertia CLVS. in luco Gramuntio, & locis ſupradictis rectè notat LOB. quam cum ſequenti, permixtam ſæpiùs vidimus.

ERICA ſcoparia floſculis herbaceis LOB. *Obſ.* quarta CLVS. in eodem luco Gramuntio, ericetis, & pleriſque locis incultis reperiri dicit LOB. vulgatiſſima iſta eſt, ex qua ſcopæ fiunt. Quartam Monſpelienſium ponit LUGD. quam purpureis floribus eſſe dicit, eandémque cum quarta CLVS. facit; vulgò dicitur *de bruc*.

ERICA ternis per intervalla ramulis PIN. quinta CLVS. arboreſcens Monſpeliaca flore purpuraſcente ramulis ternis I. B. in luco Gramuntio, & aliis ſterilibus ericetis oritur.

ERUCA tenuifolia perennis luteo flore I. B. ſylveſtris AD. figuræ iſtius plantæ non placent: circa muros, & in muris, ac ruderibus copiosè provenire rectè obſervavit I. B. toto ferè anno floret: efficacior eſt quàm ſativa, quæ calida & ſicca tertio ordine cenſetur, venerem ſtimulat, urinas movet.

ERUCA ſylveſtris minor burſæ paſtoris folio B. *Prodr.* minimo flore Monſpelienſis, I. B. pumila burſæ paſtoris folio PAVL. BOC. Monſpeſſuli collectam dicit C. B. & in quibuſdam muris obſervavit I.B. paſſim in vineis reperitur, æſtate, & autumno florens.

ERUCA ſylveſtris minor incana B. *Prodr.* Monſpelio allatam habuit, quam nondum vidimus.

ERUCA lutea latifolia, ſive barbarea PIN. Monſpelij in locis humidis provenit, ut refert I. B. in ſepibus humidis circa Salenovam invenimus, ſed copioſiùs Maio menſe cum flore prope primum molendinum, ultra pontem *de ſaint Iean de Vedas*. Calida ſimiliter & ſicca eſt ut eruca hortenſis; medetur ſcorbuto, non minùs ac Naſturtium aquaticum.

ERUCA Monſpeliaca ſiliquâ quadrangulâ echinata PIN. ſinapi echinatum LVGD. in agris prope Monſpelium vulgarem eſſe dicunt LVGD. C. B. & I.B. Copiosè oritur circa Boutonetum, & in omnibus ſatis ſabuloſis.

Digitized by Google

Eruca maritima Italica ſiliquâ haſtæ cuſpidi ſimili Pin. Cakile Serapionis Lob. plurimam circa Magalonam rectè notant Ad. & Lugd. apud mare etiam florentem, & ſiliquas ferentem obſervavit I. B. omnibus ferè jam nota eſt Erucæ marinæ nomine. Aquam diſtillatam ad colicos, & nephriticos dolores multi commendant.

Eryngium vulgare Pin. campeſtre mediterraneum Lob. *Obſ.* Monſpelij paſſim in campeſtribus, & aſperis locis erumpit, ut dicit I. B. ubique reperitur in ſatorum marginibus, vulgò *Panicaut*. Calidum, & ſiccum eſt, aperit, urinas, & menſes movet: Ex teneris foliis aqua diſtillata in febribus intermittentibus commendatur. Eryngij demortui radicibus poſt pluvias autumnales innaſcitur elegans fungus, de quo agetur ſuo loco.

Eryngium maritimum Pin. Nihil frequentius eſt in tota ora noſtra maritima. Radices ſaccharo condîtas præſcribebat Rondeletius, (ut teſtatur Clus.) mulieribus frigidioris temperaturæ, ad juvandum conceptum.

Erysimum vulgare Pin. Irio Matth. in omnibus ferè ſatorum marginibus circa urbem Aprili, & Maio menſibus floret; minùs calidum eſt quàm eruca: mira prædicant Ad. ex Rondelet. ad pulmonum infarctus à materia craſſa, & ſyrupum de eryſimo deſcribit Lob. *in Obſ.* cuius beneficio juvenculas, decennio raucedine laborantes curavit.

Erysimum polyceration, vel corniculatum Pin. irio alter Matth. rectè aſſerit *Cherler.*

Digitized by Google

(ut refert I.B.) copioſè circa Monſpelium creſcere, nos juxta plurimos hortorum muros vidimus, & circa pagum *Grabels*, alibíque abundè.

Erysimum latifolium maius glabrum Pin. irio apulus alter lævi erucæ folio Col. ſinapi Monſpeſſulanum lato folio, floſculo luteo minimo, ſiliquâ longiſſimâ I. B. quod circa Monſpelium menſe Martio florere, & ſiliquas ferre dicit. Juxta hortorũ muros, vere, æſtate, & autumno conſpicitur: in novella planta folia tenuiſſimè diſſecta ſunt, in adulta verò latiora.

Erysimum anguſtifolium maius Pin. rapiſtrum ſylveſtre irionis folio Col. frequens iſtud etiam eſt circa urbis muros, vere cum flore, & ſiliquis.

Evonymus vulgaris granis rubris Pin. Monſpelij Aprili florentem vidit I.B. ſecus rivulum fontis *Putanelle*, alibíque in ſepibus abundat. Tornariis ad varia inſtrumenta fabricanda magis eſt in uſu, quàm Medicis.

Eupatorium Meſuæ, Vide *Ageratum*.


Eupatorium Veterum, ſive Agrimonia Pin. in vinearum marginibus paſſim provenit, & mulierculis notum, creberrimo etenim uſu venit, in morbis à debilitate hepatis ortis, quales ſunt hydrops, & cachexia.

Eupatorium cannabinum Pin. Monſpelij obſervavit I.B. juxta Ledum amnem Julio & Auguſto menſibus florens, frequens occurrit. Calidum & ſiccum cenſetur, attenuat, incidit, & aperit, hydropicos juvat.

Euphrasia pratenſis rubra Pin. Sideritis pratenſis rubra Lugd. in pratis Salenovæ abundat, & in aliis herbidis humentibus locis.

U.B. GENT
Digitized by Google

Euphraſia purpurea minor B prodr.



Digitized by Google

EUPHRASIA purpurea minor B. *Prodr.* figuram ſculpendam curaveram, dum nondum deſcriptam arbitrabar, ſicque deſcripſeram. Ex parvula radice fibroſâ caulem emittit, ſæpiùs palmo minorem; folia per caulem rara ſunt ex internodiis bina caulem cingentia, oblonga, rugoſa, ſatis profundè crenata, & leviter hirſuta, in ſummitate ſpicam florum producit, qui bini ſemper oppoſiti naſcuntur, purpurei, & antirrhini floſculos imitantes; labrum ſuperius tripartitum eſt, tribus punctulis albis notatum; ſuccedunt floribus longi utriculi ſemine minutiſſimo ſubrufo pleni; annua eſt planta: in ſeminis colore, deſcriptio C. B. noſtræ non convenit. Maio menſe florentem inveni ultra pontem Salenovæ, juxta viam quà itur ad pagum *ſaint Iordi*, in ſterilibus illis locis dictis *Garrigues*.

EUPHRASIA pratenſis lutea PIN. Coris Monſpeſſulana lutea I. B. Monſpeſſuli Auguſto menſe cum flore, in monte prope *Caſtelneuf*, loco ſicco, & ſaxoſo totam rubellam vidit I. B. Paſſim æſtate, & autumno reperitur in luco Gramuntio, *la Colombiere*, & Salenovæ, nec nobis uſquam in pratis viſa, amat enim potiùs loca ſicca, & ſaxoſa.

Digitized by Google

F

FABA ſylveſtris fructu rotundo atro PIN. Aracus fabaceus I. B. in ſterilibus & ericetis Boutoneti non procul Monſpelio legerant AD. invenit etiam I. B. Aprili florentem, & ſiliquas habentem in itinere verſus Frontignanum; vidimus etiam nos circa fontem *la Belle*, inter ſepes. Vires fabæ vulgaris non obtinere, quidam arbitrantur, ob ingratum quem habet ſaporem.

FERRUM equinum ſiliquâ ſingulari PIN. ſolea equina I. B. viâ quæ ad prædium Rondeletij, maréque ducit, ad dexteram prope ruſculum, in ſquallidis dumetis, & marginibus æſtate plurima gliſcebat (ut ait LOB. *in Ad.*) in elatis collibus circa Salenovam, *la Colombiere*, & Caſtrumnovum copioſè naſcitur, & ubique ferè ſaxoſis & macris locis Monſpelienſis agri creſcit, teſtante LUGD. Martio, Aprili, & Maio menſibus floret. Vulnerarium eſſe prædicant.

FERRUM equinum ſiliquâ multiplici PIN. ferrum equinum πολυκέρατον COL. oritur in ſterilibus dictis, *la garrigue dau Tarral*, & depreſſis incultis montis Ceti, ubi vere cum flore, & ſiliquis ſæpiùs legimus.

FERRUM equinum Germanicum ſiliquis in ſummitate PIN. capitatum, ſive comoſum COL. Aprili & Maio florens, prope patibulum viâ

viâ Caſtrinovi vidit I. B. qui ſoleæ equinæ affinem dicit, plurimum etiam reperitur circa Salenovam, & *lou Tarral*; in pratis etiam juxta Ledum amnem maius, & lætius vidimus.

Ferrum equinum Gallicum filiquis in ſummitate Pin. polygalon cortuſ. I. B. quod optimè depingit, & deſcribit, circa Salenovam verſus *Foncaude*, & in aliis incultis ſæpiſſimè reperitur.

Ferula Matth. fœmina Plin. Pin. in rupibus præruptíſque ſaxis prope cryptas ſubterraneas, viâ Frontignani ad dexteram oriri ex Lob. *in Ad.* referunt Lugd. & I. B. ibi nos etiam pluries vidimus & legimus. Semen calefacere, & attenuare dicit Gal.

Ficus communis Pin. innumeras hîc in vineis habemus ficuum differentias, quæ figurâ, colore, ſapore, & maturandi tempore variant, omnibúſque notæ ſunt: Junio & Julio menſibus maturas Monſpelij comedit I. B. Recentes calidæ ſunt & humidæ: Caricæ calidiores ſunt & ſicciores, tumores molliunt & concoqunt, venenis reſiſtunt, & bechicæ cenſentur.

Ficus ſylveſtris Dioſc. caprificus Plin. Pin. vulgò *figue cabrau*, ubique in ſatorum & vinearum ſepibus inutiles, & malignos fructus producunt.

Filipendula vulgaris Pin. in umbroſis herbidis luci Gramuntij prope dirutum caſtellum, & in ſylva Valena Aprili & Maio menſi-

Digitized by Google

bus floret. In aſperis, & aridis multò humilior naſcitur. Quæ

Filipendula minor, B. *Prodr.* quam circa Monſpelium legit, & nos ultra pontem Salenovæ vidimus, variatio à loco dependet. Calida & ſicca ob amarorem cenſetur filipendula, aperit, abſtergit, urinam, & arenulas pellit, ac ad epilepſiam tantùm valere, quantùm pœonia, dicunt.

Filix ramoſa major pinnulis obtuſis non dentatis Pin. fœmina Matth. odioſa eſt ſuo reptatu in vineis circa Gramuntium, & in herbidis locis ſecus Ledum amnem ultra pontem Caſtrinovi. Calida & ſicca eſt, viſcerum obſtructiones, lienis præcipuè reſerat, extrinſecùs appoſita ulcera ſanat.

Flammula. Vide *Clematis*.

Flos Adonis. Vide *Adonis*.

Foeniculum marinum. Vide *Crithmum*.

Foeniculum vulgare actiori & nigriori ſemine I. B. ſponte virens in Gallia Narbonenſi Ad. in calidis & ſaxoſis locis Monſpelij paſſim provenire rectè obſervavit I. B. Calidum tertio ordine, ſed non æquè ſiccum eſſe vult Gal. Ventriculum roborat, flatus diſcutit, & oculos caliginoſos ſanat.

Foenumgræcum ſylveſtre Dalech. Lugd. attulit *Cherler*. I. Bauhino collectum in via Frontignani, verſus *Balaruc*. Maio & Junio florens, Julio ſiliquas ferens: copiosè etiam oritur ad lævam Lani amnis ultra pon-

tem Caſtrinovi in colle dicto *Ferrand.* Virtutes habet ſativi, ideò emollit, maturat, reſolvit.

Foenumgræcum ſylveſtre alterum polyceration Pin. hedyſarum minimum Lvgd. in agro Monſpelienſi & nemore Gramuntio creſcere dicunt Lvgd. & I.B. qui Securidacæ genus triphyllon facit, floret Aprili menſe copiosè in ſatis, præcipuè circa Boutonetum.

Fragaria vulgaris Pin. in umbroſis Valenæ ſylvæ plurima naſcitur, & in herbidis luci Gramuntij. Omnibus nota eſt ob fructûs ſuavitatem; herba frigida & ſicca moderatè cenſetur, ac vulneraria; fructus frigidi & humidi: aqua ex fragis diſtillata faciei ruborem, & maculas tollit.

Fraxinella Clvs. dictamnus albus vulgò, ſive fraxinella Pin. copiosè reperitur in luco *de Cardinac*, ſex leucis à Monſpelio diſtante: calefacit & ſiccat, venenis reſiſtit, iiſdem cum pœonia pollere facultatibus cum Trag. dicit I.B.

Fraxinus Matth. ſecus Ledum amnem & juxta pratorum margines abundè oritur, vulgò *fraiſſe*. Folia calida & ſicca ſunt, ictus ſerpentum curant; imò teſtatur Ambros. Paræus poſt Plin. quòd ſi fronde fraxineâ, & ignē claudatur ſerpens, in ignem potiùs, quàm in fraxinum fugere. Cortex ad hepatis, & lienis obſtructiones reſerandas præſcribitur: Vtuntur etiam quidam ligni ſcobe pro guaiaco.

Digitized by Google

Fucus lentus fœniculaceus, coralloïdes lenta fœniculacea I. B. copioſè obſervavit, & collegit *Cherlerus*, ut refert I. B. in tractu illo maritimo quo Magalonâ Agatham tenditur. Nos ſæpiùs vidimus cum maris purgamentis eiectum.

Fucus foliis ericæ. Erica márina quibuſdam I. B. de hoc mihi videtur loqui Clvs. cùm quercum marinam myricæ folio collegiſſe dicit, dum Monſpelij viveret, in littus ejectam cum aliis maris purgamentis. Collegi etiam ſæpiſſimè in ſcopulis montis Ceti.

Fucus fruticoſus caudice verrucoſo. Fruticoſa marina planta, quibuſdam conſerva lignoſa I. B. Plures ſervamus huiuſmodi plantas in noſtro littore collectas, inter quas, unam habemus quæ non ſolùm in caudice, ſed etiam in ramulis verrucoſa habet tubercula.

Fumaria Officinarum & Dioſc. Pin. toto ferè anni tempore ubique paſſim conſpicitur: diverſarum eſt partium fumaria, ratione calidarum amara eſt, ſubacris, attenuans, obſtructiones reſerans. Ratione frigidarum, ſtiptica eſt, ventriculum, hepar, & alia viſcera roborat: Datur utiliter melancholicis.

Fumaria major floribus dilutè purpureis; multò quàm vulgaris major eſt iſta, flores etiam ſpecioſiores habet, dilutè purpuraſcentes, inferiori labro intenſiùs rubente; acrior etiam, multóque magis linguam vellicat; Juxta ſepes viâ Salenovæ, & circa *Boutonet* ſparſim plurima conſpicitur. Hoc habet commune cum vul-

Digitized by Google

gari, quod foliorum pediculi, dum vicinas plantas habent, ſeſe contorqueant, & eas veluti amplectantur.

FUMARIA tenuiſſimis foliis, flore albo PIN. circa Monſpelium reperiri dicit; in vineis prope Boutonetum primo vere plurima oritur, à vulgari foliis multùm diverſa.

FUMARIA minor tenuifolia, & fumaria nobilis Monſpelienſium PIN. minor, ſive tenuifolia ſurrecta I. B. quam menſe Aprili non longè à monte Ceti prope lacum invenit: in rure etiam propinquo *Boutonet* nuncupato, viderunt AD. & nos in itinere quo è Miravalle Frontignanum itur juxta ſepes Aprili, & Maio menſibus cum flore. Eadem hæc eſt cum fumaria tenuifolia compreſſo ſemine lini inſtar HORT. REG. BLES. quam nos cum lini ſemine legimus; ſemen compreſſum ei rectè tribuerat LOB. *in Obſ.* & depinxerat I. B. *in ſua icone.*

FUMARIA viticulis & capreolis plantis vicinis adhærens PIN. floribus albis, aliquandò cæruleo colore diſtinctis circa Monſpelium in ſepibus ad Frontignanum oriri dicit C. B. *in Pin.* nos etiam invenimus Aprili & Maio menſibus florentem circa Thermas Balerucanas, & ſub magnis rupibus ultra pontem *ſaint Iean de Vedas*, prope primum molendinum.

FUNGUS poroſus PIN. vulgò *Mounilles*, circa pontem Caſtrinovi, & in herbibis etiam prædij Dom. *de Greſeuille*, verno tempore invenimus.

Digitized by Google

FUNGUS campeſtris albus supernè, infernè rubens I. B. in pratis Lateræ, aliiſque herbidis locis poſt pluvias vernales, & autumnales uberrimè naſcitur; vulgò *boulets*, quod nomen omnibus etiam fungi ſpeciebus tribuitur; diverſæ magnitudinis viſuntur, alij maximi, alij minimi, alij verò inter hos ſunt medij: innoxius eſt iſte fungus, de quo cum HORAT. II. *Sermon.* dicam, *pratenſibus optima fungis natura*; quamvis rarus debeat eſſe fungorum uſus, pravi enim ſunt ſucci, & interimere poſſunt, undè optimè dictum fuit, quæ voluptas tanta ancipitis cibi? Fungi etiam nomen deducunt aliqui à funere, quòd plures ſæpiſſimè occidat; quod etiam ex eſu eſculentorum accidit, dum vel malè parantur, vel nimiâ copiâ devorantur. Inter notas pernicioſorum fungorum præcipua hæc eſt, quòd dum franguntur, pauco elapſo tempore liveſçunt, & citò putreſcunt; remedio ſunt aquæ mulſæ, & olei tepidi potus, ut citò vomitu rejiciantur; aqua Theriacalis, vel theriaca diſſoluta in vino, aquâ vitæ, aut aceto, ſuccus abſinthij cum aceto; uno verbo, quæcumque vim habent attenuandi, & incidendi.

FUNGUS in metam faſtigiatus albus, fuſco tinctus PIN. vulgò *maſcarille*, in herbidis ſecus rivulum fontis *Putanelle*, aliiſque etiam in locis ſecus Ledum amnem vere reperitur.

FUNGI plures ſimul albi, ad arborum radices eſculenti I.B. vulgò *pivoulade*, quia frequentiùs ſub populo naſcuntur, ſub aliis etiam arboribus in pratis occurrunt.

Digitized by Google

Fungus albus I. B. vulgò *Coucoumele*, in herbidis etiam juxta vias autumno reperitur. Color albus eſt, parum liveſcens, & quaſi ſericeus.

Fungus pileolo lato orbiculari candicante I. B. pluribus etiam in locis reperitur, & cum aliis ad gulæ delitias defertur, quem tamen non multùm probaverim, ob gravem odorem quem habet.

Fungus luteus, ſive pallidus ſe contorquens eſculentus I. B. vulgò *Gerille*, autumno in ilicetis circa *la Valette*, & *Mommau*, ſæpiùs collegimus.

Fungus luteus magnus ſpecioſus I. B. vulgò dicitur *jaune d'iou*, quia dum volva laceratur, aparet veluti ovi luteum. Octobri menſe copioſum vidimus in luco Gramuntio.

Fungus ſupernè ſaturè ruber, eſculentorum decimitertij generis tertia ſpecies Clvs. non autem quarta, ut dicit C. B. *in Pin.* plures allatos vidimus autumno, ex luco *ſaint Antoni*, viâ quâ itur *Lunel*.

Fungus variegatus ſine ſtriis, eſculentorum decimiſexti generis ſecunda ſpecies Clvs. in eodem luco, & eodem tempore cum ſuperiori oritur, gratiſſimi eſt odoris.

Fungus eryngij. In ipſa Eryngij demortui radice poſt autumnales pluvias oritur elegans iſta fungi ſpecies, quam vulgus *Brigoule* vocat. Figura parum oblonga eſt, ex una parte ſinuata, ut in figura tertij generis eſculentorum Clvs. Color ſupernè ex cinereo lividus eſt, infernè ve-

Digitized by Google

ro albus, in magnitudine maximè variat; eum fortè alij deſcripſerunt, ſed non animadverterunt, quòd in ipſo eryngio creſceret.

Fungus ramoſus albidus I. B. undeviceſimi generis eſculentorum ſecunda ſpecies Clvs. invenimus iſtum in luco *de Corpoiran*, ultra pontem Salenovæ autumno, & barba capræ vocabatur.

Fungus albus venenatus viſcidus I. B. in depreſſis humidis luci Gramuntij autumno poſt pluvias oritur.

Fungus venenatus ſine ſtriis ſupernè cinereus, infernè luteus, vigeſimi generis pernicioſorum prima ſpecies Clvs. eodem tempore in iiſdem locis vidimus.

Fungus formâ ad poroſum multùm accedens pernicioſus I. B. undeviceſimi pernicioſorum ſecundum & tertium Clvs. in iiſdem herbidis, & aliis plurimis legimus.

Fungi multi ex uno pediculo pernicioſi I.B. in truncis variarum arborum poſt pluvias reperiuntur variorum colorum, vidimus autumno in ilicis truncis totos luteos.

Fungus minimus ſine petiolo pernicioſus I. B. magnâ copiâ naſcitur in ligneis tabellis quæ pluviis exponuntur.

Fungi parvi variæ I.B. cum pediculis brevioribus aut longioribus, lividos, & luteos variis in locis tempore pluvioſo notavimus.

Fungus intybaceus I. B. reperitur in demortuis arborum caudicibus, ipſíſque adhæret.

Fungus ceraſorum imbricatim alter alteri

Digitized by Google

innaſcens variegatus Pin. Iſtum ſimiliter in arborum caudicibus invenimus, colore ex albo & purpureo dilutiori. Plures alias fungorum ſpecies invenire licebit, iis qui curioſiùs eorum hiſtoriam inquirent.

G

GAllium luteum Pin. in herbidis ſepibus, & in pratis ſiccioribus reptat, Julio & Auguſto menſibus floret, ſuavem mellis odorem habens. Exſiccantem & ſubacrem Gallio facultatem tribuit Gal. lac coagulat, ad epilepſiam etiam commendatur.

Gallium album Ad. frequens etiam iſtud eſt in ſatorum marginibus albo flore, & foliis parum latioribus à luteo diſtinctum, quod figura molluginis vulgatioris Herbariorum Lob. *Obſ.* exprimit: multò minus, & rarioribus foliis in pratis humidioribus Lateræ vidimus, quod fortè

Gallium paluſtre album Pin.

Geniſta juncea I. B. ſpartium Dioſcorideum Narbonenſe Ad. quod in ſylva Gramuntia paſſim obvium inveniebant. Florere etiam menſe Aprili, ſpontéque provenire Monſpelij in monte circa *Caſtelneuf*, annotavit I. B. ſed adeò copioſè quamplurimis in locis dicit Lugd. ut Maio & Junio menſibus jucundiſſimo ſit viatoribus ſpectaculo, collibus huius pulchris floribus ità ornatis, ut procul aurei videantur.

Digitized by Google

Calidam & ſiccam eſſe docet Mesuæ. pituitoſos ac frigidos humores educit, renes expurgat, & urinas movet, ſeroſos etiam humores per vomitum, & per alvum evacuat; oleum è floribus extrinſecùs illitum, ſplenis tumores diſſolvit.

Genista tinctoria Germanica Pin. flos tinctorius Fuchs. ornat etiam iſta, venuſtis ſuis floribus quamplurima Lateræ prata, ad lævam ſita, & vere floret.

Genistella piloſa I. B. geniſta ramoſa foliis hyperici Pin. humilem circa Monſpelium collegit C. B. & in ſylva *Aigremont* Aprili menſe cum flore I. B. obſervavítque *Cherl.* ad pedem montis Lupi; pluribus in locis *Garrigues* dictis copioſa naſcitur.

Genitaspartium majus ſpinoſum flore luteo Pin. aſpalathus ſecunda Monſpelienſium Lob. *Obſ.* & I. B. alter Monſpelienſis Clus. Monſpelij ad Lanum in ſaxoſis collibus minus ſquallidius & rigidius vidit Lob. *in Ad.* loco petroſo etiam in monte *Caſtelneuf* I. B. iſto, roſmarino, & aliis fruticibus odoratis furnos calefaciunt; Martio & Aprili menſibus copioſè floret, in locis *Garrigues* dictis, vulgò *argabaſſes.*

Genistella ſpinoſa Monſpeliaca B. *Prodr.* Corrudam Monſpeſſuli dictam teſtatur C. B. rarò occurrit in incultis montis Lupi, quam copioſiorem vidimus ultra montem *Eſperon*, circa urbem *Meyriols.*

Geranium folio malvæ rotundo Pin. pes

columbinus Dod. ubique provenit ſecus vias in ſatorum marginibus, Martio, Aprili, & totâ æſtate floret. Temperatum in caliditate & frigiditate, & ad vulnera utile cenſetur: præſcribit illud etiam Rondeletius in enematibus hydropicorum.

Geranium columbinum minus majori flore, & foliis florum bifidis. Minus iſtud eſt vulgari rotundifolio, foliis mollioribus, præcipuas tamen differentias à flore deſumo, qui purpureus quidem eſt, ſed major ex quinquefoliis compoſitus, quorum quodlibet bifidum eſt, ut in lychnidum ſpeciebus: paſſim etiam juxta vias oritur cum ſuperiori, à quo facilè diſtinguitur dum floret.

Geranium columbinum maius, foliis tenuiter diſſectis, foliis florum bifidis. In omnibus convenit iſtud Geranium deſcriptioni Geranij gruinalis folio tenuiter diviſo I.B. niſi quòd in iſto folia florum, ut in ſuperiori bifida ſunt, quod forte à I. Bauhino non fuit animadverſum. Reperitur plurimis in locis herbidis, & copiosè in pratis Lateræ, Monſpelij menſe Februario ſuum obſervaverat I.B.

Geranium columbinum tenuius laciniatum B. *Prodr.* Monſpeſſuli in ſylveſtribus reperiri dicit. Invenimus nos vere cum flore in herbidis marginibus ſatorum luci Gramuntij, & multis aliis in locis.

Geranium ſanguineum, ſive hæmatodes craſsâ radice I. B. ſanguineum maximo flore Pin. Aprili menſe Monſpelij florere dicit I. B.

Digitized by Google

invenimus in fine luci Gramuntij quà Melgorium ſpectat, ſed copioſiùs in ſylva Valena, ubi Maio menſe cum flore legimus.

GERANIUM Robertianum murale I.B. herba Roberti LVGD. rubens, ſcilicet mas, & viride, quod fœmina dicitur, in umbroſis vinearum muris invenimus.

GERANIUM lucidum ſaxatile PIN. in magnis illis rupibus umbroſis, viâ quà è pago *Grabels* itur ad Salenovam, ad dexteram, ſecus fluvium, Maio menſe cum flore copiosè reperitur.

GERANIUM folio althææ PIN. Monſpeliacum TAB. juxta Monſpelium ſpontè naſci refert DOD. & abundare dicit I.B. huius luculentum proventum ad mœnia urbis, portâ Ægidiâ annotârant AD. in omnibus ferè ſatorum marginibus Februario, Martio, & Aprili menſibus floret.

GERANIUM maximum anguſtifolium acu longiſſimâ PHYTOP. quod Maio & Junio menſibus florens Monſpeſſuli copiosè provenire dicit. In marginibus ſabuloſis ſatorum abundat. Geranium latifolium creticum, ſpontè etiam in agro Monſpelienſi oriri dicit CLVS. at illud invenire nondum potuimus.

GERANIUM cicutæ folio minus & ſupinum. PIN. arvenſe TAB. toto ferè anno ſecus ſemitas obvium eſt, cum floribus rubris, carneis, & aliquando albis.

Digitized by Google

ẹ
ɛt
i-
ia
ɛr
l-
is
a-
is
ɛe
a-
ɛ-
n
l-

a-
ɛd
er
a-
re

is
o-
&
n-
ias

vias proiicere, Aprili menſe floret : reperitur etiam permixtus floribus utrinque diſpoſitis. Qui

U. G. GENT
U. G. GENT
Digitized by Google

IO
inv
riur
Mai
C
ba I
ride
rum
C
gni
Gra
cus
rep
C
cum
fert
tum
ann
gini
flor
C
lon
ſibu
cit-
rani
Mo
non
C
PI



tas obvium eſt, cum floribus rubris, carneis, & aliquando albis.

Figura Octava.

GERANIVM petræum cicutæ folio, radice raſsâ, fœtidum LOB. *in Illuſt.* radicem habet raſſiſſimam, rubro-nigricantem, quæ in plurima capita dividitur, ex quibus palmaria folia naſcuntur, valdè inciſa, & parum villoſa, inter quæ cauliculi palmares oriuntur, flores quinquefolios ſuſtinentes amænè cæruleos, lineolis plurimis obſcurioribus diſtinctos, quibus delapſis roſtra aparent, ut in malvæ folio. Ex ipſis rupium fiſſuris montis Lupi emergit, ea parte quâ Septentrionem ſpectat, odorem habere qualem habet anguſtifolium, acu longiſſima deprehendimus, nec tantum fœtere ut lypothymiam inducere valeat, ſicut dicit LOB. *in Illuſt.* hujus figuram vide.

GINGIDIVM umbella oblonga PIN. Viſnaga MATTH. ſparſim circa urbem inveni, ſed copioſè juxta ſtagnantes aquas, quæ ſunt inter Miramvallem, & Frontignanum, Julio, & Auguſto menſibus florens. Paſtinacæ vires habere putat MATTH.

GLADIOLVS floribus uno verſu diſpoſitis PIN. Narbonenſis AD. paſſim Monſpelij provenire rectè notat I.B. & dixerant AD. arva, & ſata Narbonenſia vere gladiolo ſcatere, illúmque cum Draba vulſum ſurculatores in proximas vias proiicere, Aprili menſe floret: reperitur etiam permixtus floribus utrinque diſpoſitis. Qui

U. D. CENT
Digitized by Google

Gladiolus utrinque floridus Pin. ſolâ florum diſpoſitione diſtinctus. Radix, teſte Gal. attrahit, diſcutit, & ſiccat. Certiſſimis periculis factis ad ſtrumas & ſcrophulas valere referunt Ad.

Globularia Monſpelienſium: Vide *Bellis cærulea*.

Glyzyrrhiza radice repente vulgaris Germanica I.B. ſpontè oriri prope Lateram oppidum dicunt Ad. & I.B. frequentior multò reperitur circa pagum *Vic*, unde quotannis radices copiosè deferuntur. Temperatè calida & humida eſt, utilis ad raucedines, tuſſes, & difficilem reſpirationem; lenit enim, maturat, & expectorationem juvat.

Gnafalium maritimum Pin. legitimum Clus. toto littore, à Marianis aquis ad montis Ceti radices plurimùm provenire rectè notârunt Ad. Clus. & I.B. quo ſæpiùs uſus eſt Lob. pro ellychnio, vividè enim alit flammam; aſtringere, & exſiccare dicit Lugd.

Gnafalium vulgare majus Pin. vulgò impia Plinij dicitur; verno & autumnali tempore Monſpelij obſervatum refert I.B. ubivis enim in ſatis, & ſatorum marginibus reperitur: ad anginam feliciter imponi cum lacte tuſum ex Plin. notat Lob. *in Obſ.* aquam diſtillabam cancros occultos reprimere dicunt.

Gnafalio vulgari ſimilis I.B. Filago minor Lob. *Ic.* noſtrum gnafalium minus figura Lob. ſatis repræſentat in qua folia graminea ſunt, in campis ſabuloſis, & ſecus viam quà è ponte Caſtrinovi itur ad lucum Gramun-

Digitized by Google

tium Maio menſe ſæpiùs vidimus.

Gnafalium minus repens Pin. minimum Lob. *Ic.* Ad iſtud retulimus pulchram Gnafalij ſpeciem quam in ſterilibus circa Salenovam, *la Colombiere*, & aliis in locis Maio menſe copiosè invenimus, quamvis figura Lob. huic nullo modo conveniat. Plantula tota incana, in duos, tres, & aliquandò quatuor ramulos palmares, modò minores, & ſæpiùs ſupinos, ſtatim à radice dividitur, in ramulis oriuntur capitula ex plurimis granulis ſubrotundis, tomento incanis conſtantia.

Gnafalium ad ſtœchadem citrinam accedens I. B. an Gnafalium ſecundum *Plateau* Clus. Monſpelij autumno obſervavit I. B. & nos ſæpiùs ſecus fluvium *la Mauſſon*, & in aliis locis humentibus.

Gnafalium umbellatum minimum I. B. roſeum B. *Prodr.* in montis Ceti arenoſis, & maritimis ſabuletis Maio florens, eâ parte quà lacum traiiciendo ad dexteram rectà tenditur, à *Cherler.* collectum dicit I. B. ad pedem etiam montis reperit C. B. à nobis ſæpiùs viſum & collectum fuit in iiſdem maritimis montis Ceti.

Gramen legitimum Clus: vulgare Dalech. Lugd. repens cum paniculis graminis mannæ I. B. cujus figura tranſpoſita eſt. Primum iſtud ponimus, quia frequentiùs oritur, & eo in Medicina utimur, hoc nihil vulgatius totâ Hiſpaniâ, & Galliâ, inquit Clus. in arvis, vinetis, atque etiam in maritimis, ubi multò lætiùs, & uberiùs creſcit, ita ut radices digiti

craſſitudinem æquent; quod gramen dactylon folio arundinaceo maius *in Pinace* dicitur: noſtrum autem Gramen dactylon folio arundinaceo minus, à maritimo ſolâ magnitudine diſtinctum. Radices Graminis ſubdulces ſunt, obſtructiones viſcerum reſerant, aqua diſtillata ad puerorum vermes, & ad febres malignas commendatur.

Gramen dactylon folio latiore Pin. Iſchæmon Plin. Clus. *Ic.* annuum iſtud eſt, & totâ æſtate in hortis cum oleribus permiſcetur, aliiſque in locis humidioribus.

Gramen dactylon anguſtifolium ſpicis villoſis Pin. digitatum hirſutum I.B. in ſquallidis locis dictis *Garrigues*, & agris incultis æſtate cum paniculis copioſè viſitur.

Gramen caninum arvenſe Pin. canarium Lob. *Ic.* minori copiâ iſtud reperitur in noſtris regionibus, plurimis tamen in locis ſatorum margines occupat.

Gramen caninum maritimum ſpicatum Pin. ad littus maris prope *Perauls* collectum, & ipſi tranſmiſſum fuiſſe dicit C. B. *in Prodr.* in toto littore frequens invenimus.

Gramen caninum maritimum ſpicâ echinatâ Pin. in maritimis Monſpeſſuli reperiri dicit *C. B. in Prodr.* ſub æſtatis finem in ſabuloſis circa Boutonetum, & viâ Caſtrinovi paſſim reperitur.

Gramen pratenſe paniculatum molle Pin. lanatum Dalech. Lugd. in pratis oritur, & in herbidis ſatorum marginibus.

Gramen

Digitized by Google

GRAMEN pratenſe vulgatius LOB. *Obſ.* hoc variæ magnitudinis copiosè nutriunt Lateræ prata, ad boum & equorum pabulum.

GRAMEN pratenſe paniculatum minus PIN. in omnibus viis humidioribus, & in pratis creſcit cum paniculis albis, & rubris.

GRAMEN paniculâ multiplici PIN. exile durius LOB. *Obſ.* minimum Monſpelienſe I. B. Maius & minus Monſpelij frequens eſſe dicit C. B. *in Theat. Bot.* in locis ſaxoſis etiã provenire dicit I. B. copiosè oritur juxta hortorum muros.

GRAMEN paniculatum folio variegato PIN. ſulcatum AD. rarum iſtud eſt, ſolúmque cum fœno delatum vidimus.

GRAMEN arvenſe paniculâ criſpâ PIN. Xerampelinum exile Narbonenſe LOB. *in Illuſt.* Monſpelij obſervavit in pratis I. B. in ſabuletis ſquallidis, & vinetis non longè Monſpelio legit C. B. ut dicit *in Theat. Bot.* Aprili menſe cum ſpicis viridibus, & rubentibus circa Boutonetum copiosè reperitur, & à plurimis Gramen cepaceum dicitur.

GRAMEN Xerampelinum miliaceâ prætenui ramosáq; ſparsâ paniculâ, ſive Xerampelino congener arvenſe LOB. *in Illuſt.* in herbidis ſatorũ marginibus, & in ipſis ſatis plurimum oritur.

GRAMEN tremulum minus paniculâ magnâ PIN. circa Monſpelium legit C. B. ut habet *in Theat. Bot.* in luco Gramuntio frequens naſcitur, quod minor figura graminis tremuli maximi C. B. optimè repræſentat.

GRAMEN tremulum maius PIN. in plurimis

Digitized by Google

Lateræ pratis Maio menſe conſpicitur.

GRAMEN tremulum minus paniculâ parvâ PIN. in pratis Gramuntio ſuppoſitis, aliiſque Laterenſibus frequens eſt.

GRAMEN paniculoſum phalaroïdes AD. paniculis elegantiſſimis PIN. in hortis, & in agrorum marginibus vulgare eſt, tum paniculis albis, ut notat I.B. tum & rubentibus.

GRAMEN minimum paniculis elegantiſſimis PIN. minimum Dalech. LVGD. Monſpeſſuli (ut ait C.B. *in Theat. Bot.*) in arvis, in vinetis, & prope *Boutonet* naſcitur, Januario & Februario menſibus cum paniculis rubris in omnibus ferè vineis conſpicitur.

GRAMEN ſpicâ criſtatâ lævi, vel gramen criſtatum B. *Prodr.* Monſpeſſuli elegantioribus, & denſioribus ſpicis obſervavit. In ſatorum marginibus ſæpiùs occurrit.

GRAMEN pratenſe ſpicâ purpureâ ex utriculo prodeunte PIN. in humidis pratis non longè Monſpelio provenire notat C.B. *in Theat. Bot.*

GRAMEN ſpicatũ folio aſpero PIN. in vinearũ & ſatorum ſepibus totâ æſtate paſſim reperitur.

GRAMEN nodoſum ſpicâ parvâ PIN. invenimus ſæpiùs cum bulbulis in herbidis umbroſis ſatorum & vinearum marginibus, circa Boutonetum, & Salenovam.

GRAMEN Typhoïdes molle PIN. alopecuroïdes LOB. *Ic.* in quamplurimis ſatorum, & hortorum marginibus oritur, illúdque Monſpelij à C. B. fratre collectum dicit I. B.

GRAMEN Typhoïdes aſperum primum PIN.

Digitized by Google

cum cauda muris minus I. B. in ſatis cum ſecali, & tritico paſſim oritur.

Gramen Typhoïdes culmo reclinato Pin. cum cauda muris foliis hirſutis I. B. ſparſim etiam in ſatis cum ſpica Maio menſe reperitur.

Gramen phalaroïdes maius Pin. ſeſquicubitale ſecus ſemitas ad lævam Salenovæ pluries vidimus.

Gramen alopecuroïdes ſpicâ rotundiore Pin. cauda vulpis Monſpelienſium Ad. circa Monſpelium ad mare menſe Maio obſervavit I. B. in tractu etiam maritimo, vulgò *la plage*, vidit C.B. *in Theat. Bot.* notiſſimum frequénſque eſſe in maritimis locis ad Magalonam, & Aquas marianas ſitis, aliiſque Monſpelio propinquioribus rectè dicunt Ad.

Gramen alopecuros maior ſpicâ longiore Pin. juncus marinus gramineus pſeudoſchænanthum Lob. *Obſ.* in littore mediterraneo Monſpelienſis agri pone Aquas marianas, ſive Aquas mortuas, vernaculè *Aigueſmortes*, collectum teſtatur Lob.

Gramen alopecuros minor ſpicâ longiore Pin. in maritimis locis Monſpelio vicinis ad Magalonam, & Aquas marianas frequens eſſe dicit C. B. *in Theat. Bot.* Noſtrum ipſius deſcriptioni optimè reſpondet, habet enim ſpicam ex multis ſpicis conſtantem, graminis panicei effigie lanuginoſam, minùs mollem & ſpecioſam, copioſè oritur in foſſis circa ſtagnum, quæ æſtate calore Solis ſiccantur; meliùs ad gramen paniceum reduceretur.

Digitized by Google

Gramen alopecuroïdes ſpicâ aſperâ Pin. in agris Monſpeliacis provenire rectè dicit C. B. *in Phytop.* & *Theat. Bot.* in marginibus ſiccioribus ſatorum copioſè oritur.

Gramen ſpicâ ſubrotundâ echinatâ Pin. capitulo rotundo ſpinoſo *Cherler.* I. B. utrumque coniunximus, licèt gramen ſpicâ rotundâ echinatâ ſibi non viſum dicat I. B. in ſterilibus locis circa Monſpelium creſcere notant I. & C. B. fratres: in luco Gramuntio, & ſterilibus circa *la Colombiere* æſtate paſſim occurrit.

Gramen tomentoſum ſpicatum Pin. non longè Monſpelio, ad thermas Balerucanas juxta ſepes collegit C. B. ut teſtatur *in Theat. Bot.* illud idem arbitratur I. B. cum alopecuroïde maiori ſpica longiore, quamvis C. B. ſpica non ita molli, nec ob rufa puncta variegatâ diſtinctum dicat: litem nondum dirimere potui.

Gramen paniceum ſpicâ ſimplici Pin. cum milio, & in hortis cum oleribus permixtum ſæpiſſimè reperitur.

Gramen paniceum ſpicâ aſperâ Pin. paſſim æſtate in hortis, & vineis oritur, cuius ſpica veſtimentis adhæret, minus eſſe circa Monſpelium notavit C. B. ob locorum in quibus provenit ſiccitatem.

Gramen paniceum ſpicâ longis ariſtis armatâ Pin. in foſſis lutoſis humidis circa urbem æſtate & autumno, cum ariſtis & ſine ariſtis invenimus. Annuæ ſunt iſtæ graminis panicei differentiæ, quibus ob Typographi incuriam nota vivacium fuit appoſita *in Hort. Reg. Bleſ. Auct.*

Digitized by Google

Gramen arundinaceum calamagroſtis dictum, ſpicâ multiplici Pin. in plurimis Lateræ pratis nimium repit, cuius fœnum vilioris eſt pretij, quia non niſi alterius penuriâ, à bobus & equis comeditur. Addunt Ad. *Gramen arundinaceum marinum maximum quod ad Aquas marianas, & Perauls proximè piſcatorum attegias oriri dicunt.* Radices craſſiſſimas, & folia vidimus, ſed ſpicam nondum videre contigit.

Gramen arundinaceũ ramoſum plumoſum album Pin. non longè Monſpelio circa *Perauls*, & Magalonam reperiri dicit C.B. *in Theat. Bot.* in ſabuletis circa montem Cetium legimus.

Gramen cyperoïdes altiſſimum foliis, & carinâ ſerratis Pavl. Boc. copioſè oritur in ripa Ledi amnis ubi torpent aquæ, circa pontem Caſtrinovi; an arundo papyracea Ad. quam in Lani torpentibus aquis notant?

Gramen cyperoïdes latifolium ſpicâ rufâ, ſive caule triangulo Pin. in foſſis pratorum Lateræ, & juxta Ledum amnem oritur.

Gramen cyperoïdes latifolium ſpicâ ſpadiceo-viridi maius Pin. in humidis ad Sellamnovam notat C. B. *in Prodr.* & *Theat. Bot.* abundat etiam ſecus Ledum amnem.

Gramen caryophyllatæ foliis ſpicâ divulsâ Pin. nigro-luteum vernum I. B. in plurimis pratis vere floret.

Gramen cyperoïdes ſpicis minoribus minùs compactis Pin. in humidis Monſpeſſuli inveniſſe dicit C.B. ubi gramen cyperoïdes vocabatur; in humidis Lateræ pratis copioſum eſt.

Digitized by Google

Gramen cyperoïdes paniculâ ſparsâ maius Pin. in humidis Lateræ pratis verſus ſtagnum abundat.

Gramen cyperoïdes paniculâ ſparsâ minus Pin. in pratis etiam oritur, & circa fonticulos.

Gramen cyperoïdes miliaceum Pin. in uliginoſis locis juxta Ledum amnem, & in pratorum marginibus occurrit.

Gramen cyperoïdes maritimum Pin. juncus maritimus cyperoïdes Ad. in littoribus arenoſis Narbonæ oriri notat I.B. & circa Monſpelium C.B. *in Theat. Bot.* copioſum eſt in noſtris maritimis ſabuloſis.

Gramen cyperoïdes parvum aquaticum Lob. *Ic.* cyperoïdes paluſtre maius ſpicâ diviſâ Pin. in herbidis udis viis circa Lateram, & Salenovam invenitur.

Gramen cyperinum nemoroſum Tab. nemoroſum ſpicâ ſubnigrâ recurvâ Pin. circa Monſpelium obſervavit C.B. ut refert *in Theat. Bot.* plurimos ſatorum, & pratorum margines ornat.

Gramen nemoroſum caliculis paleaceis Pin. Holoſtium Matth. paſſim ſecus ſemitas, in humentibus locis æſtate reperitur.

Gramen exile hirſutum cyperoïdes Lob. *Ic.* Maio menſe copioſum invenimus in pratis, ſub Gramuntio luco ad lævam ſitis.

Gramen hirſutum anguſtifolium minus paniculis albis Pin. Monſpelij in arvis Frontignanum verſus provenire notat C.B. *in Theat. Bot.* quod copioſè in monte Calçaris ſæpiùs legimus.

Digitized by Google

GRAMEN junceum foliis & ſpicâ junci PIN. Juncus parvus cum pericarpiis rotundis I. B. in humidis viis provenit, & ſecus Ledum amnem.

GRAMEN junceum folio articulato aquaticum PIN. iiſdem in locis cum ſuperiori oritur.

GRAMEN junceum ſpicatum, ſive triglochin. PIN. in herbidis circa ſtagnum *Perauls*, Lateræ, & montis Ceti Maio menſe floret.

GRAMEN aquaticum fluitans multiplici ſpicâ PIN. aquaticum cum longiſſimis paniculis I. B. in rivulo urbi vicino, & in Ledo amne creſcit.

GRAMEN maritimum fluitans cornutum PIN. aquæ innatans cum utriculis, ſive fœniculacea marina I.B. fucus ferulaceus LOB. *Ic.* malè ad gramina refertur, cùm umbellam habeat, quam Julio & Auguſto menſibus producit, eam aliquo modò exprimit figura LOB. in reliquis melior eſt figura I. B. ſtagnis Monſpelienſibus innatare rectè notat C. B. ubi nos ſæpiùs invenimus; & in rivulis collectum dicit I. B.

GRAMEN ſparteum ſpicatum foliis mucronatis ſpicâ ſecalinâ PIN. Monſpelij prope *Perauls* reperiri dicit C. B. *in Theat. Bot.* in tota maritima plaga abundè oritur.

GRAMEN ſparteum pennatum PIN. ſpartum Auſtriacum pennatum CLUS. Legimus iſtud inter ilices cocciferas *à la garrigue de Mommau*, ſed copioſiùs in ſterilibus locis ſecus viam montis Lupi, inter *Fontfrede*, & *las matelos* Junio menſe cum pennis.

GRAMEN ſparteum Monſpeliacum, ſive ca-

Digitized by Google

pillaceo folio minimum Pin. in agris æſtivo tempore reperiri notat C. B. *in Theat. Bot.* frequens eſt in ſiccioribus ſatorum marginibus.

Gramen loliaceum ſpicâ longiore, ſeu lolium Dioſc. Pin. in ſatis cum tritico permiſcetur, vulgò *giol.* Calidum & ſiccum in tertio gradu cenſetur, capitis dolorem & ſtuporem inducit, pravíque eſt nutrimenti, ideò à tritico quantùm fieri poteſt, ſeparandum eſt.

Gramen loliaceum anguſtiore folio, & ſpicâ, ſeu phœnix Dioſc. Pin. in ſatis etiam, & ſatorum marginibus naſcitur; frigidum iſtud & ſiccum ſtatuitur.

Gramen loliaceum minus ſpicâ ſimplici Pin. in agris Monſpelienſibus frequens eſſe teſtatur C. B. *in Theat. Bot.* omnium minimum in luco Gramuntio vidimus.

Gramen loliaceum minus ſupinum ſpicâ multiplici Pin. apud Monſpelienſes etiam iſtud reperiri notat, quod nos in maritimis herbidis ſæpiùs legimus. Addit gramen loliaceâ paniculâ ramoſâ maritimum, quod in littore prope *Perauls* non longè Monſpelio legit, & fortè aliorum varietas tantùm eſt.

Gramen phœnicoïdes foliis convolutis junceis ac pungentibus I. B. in noſtris maritimis à *Cherler.* obſervatum fuiſſe dicit, quod etiam annotat C. B. *in Theat. Bot.* & gramen arundinaceum maritimum acutiſſimum vocat. Duplicem iſtius obſervavimus differentiam; in uno ſiquidem folia viridia ſunt, in altero quaſi argentea.

Digitized by Google

U. B. GENT

Digitized by Google



gramen auenaceum max.
Lanugine alba et aristris
Froy

Digitized by Google

Gramen ſpicâ brizæ maius Pin. in ſatorum marginibus circa Salenovam invenimus.

Gramen ſpicâ brizæ minus Pin. in agris Monſpelienſium occurrere teſtatur C. B. *in Theat. Bot.*

Gramen *gros Montbelgard* I.B. Bromos ſterilis altera Lob. *Obſ.* in quamplurimis ſatorum marginibus circa Salenovam, & pontem Caſtrinovi oritur.

Gramen ſpicâ hirſutâ ad gramen *du gros* accedens I.B. in ſatorum marginibus circa urbem copioſè reperitur.

Gramen hordeaceum minus & vulgare Pin. hordeum ſpontaneum ſpurium, holcus Plin. Lob. *Ic.* paſſim circa urbem oritur.

Gramen ſive feſtuca graminea glumis vacuis Pin. gramen tremulum Monſpelienſibus dici refert C.B. *in Theat. Bot.* eò quòd glumi à quovis vento agitati, facilè tremant, in hortorum muris, & juxta ſepes paſſim reperitur.

Gramen, ſive feſtuca dumetorum utriculis lanugine flaveſcentibus Pin. Monſpelij inter hordeum & ſecale frequens occurrere rectè teſtatur C.B. *in Theat. Bot.* quod nos ſæpiùs invenimus.

Gramen avenaceum maximum utriculis cum lanugine alba, & ariſtis longiſſimis. Radices fibroſæ ſunt, è quibus plures culmi bicubitales, nodis diſtincti oriuntur, foliis anguſtis veſtiti; ſpica avenacea eſt, cuius utriculi oblongis pediculis inſidentes, lanuginem albam habent, & longiſſimis ariſtis donantur, quæ ſeſ-

Digitized by Google

quipalmares ſunt, & dum ſiccantur, in modum ſpiræ convolvuntur. Maio menſe inveni cum ſpicis in ſylvæ Valenæ locis herbidis, præcipuè circa *Caravettes*.

GRAMEN, ſive feſtuca altera capitulis duris PIN. Ægilops Narbonenſium LOB. *Ic.* paſſim ſecus agrorum margines reperitur.

GRAMEN, ſive feſtuca longiſſimis ariſtis PIN. Monſpelij in agris provenire teſtatur C.B. *in Theat.Bot.* unde graminis Xerampelini nomine acceperat.

GRAMEN avenaceum locuſtis rubris montanum PIN. reperitur in rupibus ſtagno adjacentibus prope Thermas Balerucanas, viâ quà Frontignanum tenditur.

GRAMEN avenaceum montanum lanuginoſum PIN. Monſpeſſuli ſpontè provenire dicit C.B. *in Theat.Bot.*

GRAMEN avenaceum lanuginoſum glumis rarioribus PIN. in aſperis circa Monſpelium provenire dicit C.B. quod in incultis viâ montis Lupi ſæpiùs vidimus.

GRAMEN rubrum Monſpelienſe I.B. cum ſpicis parvis & ariſtis rubris Monſpelij obſervavit.

GRAMEN aliud Monſpelienſe I.B. quatuor aut quinque ſpicas habens in uno calamo.

GRAMEN aliud glabrum Monſpelienſe I.B.

GRAMEN ſupinum Monſpelienſe *Laugerij* LOB. *in Illuſt.* Haſce graminum differentias diſtinguere, ob deſcriptionum brevitatem, & plantarum ejuſdem generis affinitatem difficile

admodum cenſemus : nec facilius eſt alias plures ſpecies, quas circa Monſpelium invenimus ad ſua capita reducere, quod curioſis perficiendum relinquimus.

GRATIOLA centauroïdes PIN. in pratulo luci Gramuntij, & quibuſdam humidioribus Laterae pratis oritur; Maio & Junio menſibus floret. Calidam & ſiccam eſſe amaror teſtatur; per ſuperiora, & inferiora purgat, & aquas hydropicorum educit.

GRATIOLA minor, ſive hyſſopifolia B. *Prodr.* circa Monſpelium foliis latioribus reperiri, & anagallidem aquaticam vocari refert. In plurimis humidis foſſis Maio menſe florentē vidimus.

GRATIOLA minima, hyſſopifolia minor, vel potiùs thymifolia maritima I.B. in vineis maritimis, & ad vinearum margines prope Gramuntium in agro Monſpelienſi, *Cherlerum* eam collegiſſe dicit I.B. hyſſopifoliam anguſtioribus foliis ad lucum Gramuntium notat etiam C.B. *Prodr.* Vidimus nos ſæpiùs in parva quadam foſſa in ingreſſu luci Gramuntij ad dexteram. Iſta utplurimum erecta eſt.

GROSSULARIA ſimplici acino, vel ſpinoſa ſylveſtris PIN. in ſepibus vinearum ſparſim nobis ſæpiùs occurrit. Fructus ſaccharo condiuntur, & febricitantibus conceduntur; fluori albo, gonorrhϾæ, aliiſque fluxibus proſunt.

GROSSVLARIA non ſpinoſa. In rupibus montis Lupi Septentrionem ſpectantibus multa oritur, ſed quia fructum non vidimus, ſpeciem determinare non potuimus.

Digitized by Google

H

HALIMUS, ſive portulaca marina PIN. In ora noſtra maritima nihil abundantius provenit, quod à I. BAUHINO annotatum fuit. Calida eſt, teneræ ſummitates aceto condiuntur, non ſecus ac fœniculum marinum, ad appetentiam excitandam.

HEDERA corymboſa communis AD. plurimos muros circa urbem cingit, arboribus etiam noxia eſt, quibus alimentum ſubtrahit, ſub umbroſis vinearum ſepibus repit, aliquando culturâ arboreſcit. Acris eſt, & intùs non uſurpatur: decoctum foliorum lienis dolores ſedare dicunt; magnus uſus foliorum, quæ cauteriis imponuntur ad ichores promovendos.

HEDERA terreſtris vulgaris PIN. Monſpelij ſpontè provenire dicit I. B. circa Lateram, præcipuè prope molendinum copioſè reperitur. Calidam & ſiccam eſſe amaror indicat; mira narrantur de illius virtutibus, at in hoc omnes conſentiunt, quòd vulneraria ſit, & ad interna ulcera curanda ſummè efficax.

HELICHRYSUM ſeu ſtœchas citrina anguſtifolia PIN. ſtœchas citrina tenuifolia Narbonenſis, & Chryſocome Monſpeliaca TAB. I. B. copioſè circa Monſpelium provenire, & Aprili, Maio, necnon Septembri menſibus florere rectè annotavit I. B. folia & flores odorati ſunt, ut dicit LOB. *in Ad.* Radicem certè inodoram inve-

Digitized by Google

nimus ; ad jecoris diuturnos affectus commendat Lob.

Helichrysvm ſylveſtre anguſtifolium capitulis conglobatis Pin. ſtœchadi citrinæ affinis, capitulis parvis, raris, ſquammoſis, in pappos evaneſcentibus I. B. Monſpelij rectiſſimè annotavit menſe Septembri, & ineunte vere in muris, & in colle circa *Caſtelneuf*, I. B. in Monſpeliano agro totâ æſtate florentem viderat Clvs. Stœchadem citrinam alteram habet Lob. *in Ad.* Monſpelij collectam, cui flores ſingulos in ſingulo caule tribuit, quod noſtro helichryſo non convenit, quamvis reliqua conveniant.

Helichrysvm ſylveſtre flore oblongo Pin. ſtœchas citrina altera inodora Ad. in ilicetis cocciferis, inter *Sommieres*, & Monſpelium, ſtœchadem citrinam referens, occurrit, ut habet Lob. *in Ad.* quod repetit Lvgd.

Heliotropium maius Dioſc. Pin. paſſim circa Monſpelium florere rectè notat I. B. ubique enim in ſatis æſtate obvium eſt. Contra ſcorpionum ictus in vino potum, & ad verrucas, ac tumores ſtrumoſos efficaciſſimum eſſe prædicant. Vidimus ſæpiùs variis in locis Heliotropium ad iſtud accedens, per omnia tamen minus & ſupinum, ſicut de ſuo heliotropio ſupino dicit Clvs. ſed quia ſemen obſervare non potuimus, noluimus aſſerere an diverſum fuerit. Heliotropium minus repens obſervavit etiam Lob. *in Ad.* in ſcrobibus lutulentis Gramuntiæ ſylvæ Monſpeliacæ, inter pulegios cervinos, ſub-

tus tamariſcos, in pinguibus verò & humidis locis agri Monſpeliaci Lvgd.

Heliotropivm tricoccum Pin. vidit Monſpelij ſemine prægnans I. B. quod in Gallia Narbonenſi copioſè naſci teſtantur Clvs. & Lvgd. paſſim circa Monſpelium æſtate, & autumno in ſatis reperitur, & à ruſticis colligitur ad pannos eleganti purpurâ colorandos, vulgò *tournesol*.

Helleborvs niger fœtidus Pin. elleboraſter maximo flore & ſemine prægnans Lugd. juxta Ledum amnem copioſo proventu florum & foliorum naſci poſt Lob. *in Ad.* rectè tradit Lugd. dentium caſum promovere refert Riverius, *in ſua Praxi Medica*, ſi folio contrito dens confricetur, cavendum tamen ne alij dentes eodem ſucco tangantur.

Helleborine floribus albis I. B. Maio menſe copioſè florentem obſervavimus in luculo prædij Dom. *de Greſeuille*, an loci proprietati ortum debeat, an verò aliunde tranſmiſſa fuerit, neſcio.

Helleborine latifolia montana Pin. ſecunda Clvs. *hiſt.* eodem in loco, & eodem tempore cum flore conſpicitur, & facile à priori, maiori galeâ, & colore diſtinguitur.

Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens Pin. ſexta Clvs. *hiſt.* malè quartam in titulo poſuit I. Bauhini Typographus. In luco antri Frontignanenſis juxta ilices cocciferas Maio menſe cum flore frequentem vidimus.

Helleborine anguſtifolia pratenſis Pin.

Digitized by Google

tertia CLVS. *hiſt.* in paluſtribus umbroſis, ſecus Ledum amnem variis in locis oritur, præcipuè circa pontem Caſtrinovi inter populos, & fraxinos. Florem habet herbaceum, ideò diu dubitavi, an ad iſtam, an ad helleborinen herbaceo flore HORT. REG. BLES. reducerem, quia nonnihil candicantis ſuæ tribuit CLVS.

HERBA terribilis. Vide *Thymelaa foliis acutis.*

HERBA venti. Vide *Marrubium.*

HERNIARIA. Vide *Polygonum.*

HESPERIS ſylveſtris flore parvo B. *Prodr.* in incultis circa urbem collectam diu in horto alui, quæ ex ſemine deciduo quotannis copioſè oriebatur.

HIERACIVM maius folio ſonchi, vel hieracium ſonchites PIN. in marginibus ſatorum, & pratorum copioſiſſimè reperitur. Hieracium, ut docet DIOSC. æſtuanti ſtomacho, inflammationibúſque admotum prodeſt, vim enim habet refrigerandi, & modicè aſtringendi.

HIERACIVM chondrillæ folio hirſutum PIN. Monſpeſſuli minus & lævius quàm in Germania oriri dicit.

HIERACIVM chondrillæ folio glabro radice ſucciſa maius PIN. in pratis Lateræ abundat Maio menſe cum flore.

HIERACIVM pulchrum I. B. illud vidit Monſpelij, & nos copioſum invenimus in humidis ſatorum, & vinearum foſſis totâ æſtate cum flore.

HIERACHIVM

Digitized by Google



hieracium foliis cichorii Siluestris odore Castorei

Hieracivm foliis cichorij ſylveſtris villoſis, odore caſtorei. Radix fibroſa eſt, è qua caulis ſurgit pedalis, & ſeſ-quipedalis, in quo plurima oriüntur folia ut in cichorio ſylveſtri laciniata, & hirſutie ſubaſpera; totus caulis hirſutus, in varios ramulos brachiatur, multos flores ſuſtinentes flavos, ſub floris capitulo adſunt foliola viridia; elapſo flore caput ſtriatum hirſutum fit pyramidale, quod dum aperitur ſemen, in pappos abit. Annua eſt planta quæ graviter caſtoreum olet, in ſabuloſis circa Boutonetum, & in quamplurimis ſatorum marginibus frequens eſt, totâ æſtate, & autumno cum flore.

Hieracivm capitulum inclinans, ſemine adunco Pin. Monſpelij cum caulibus ſimplicibus Aprili & Maio menſibus florens obſervavit I. B. magnitudine varium ad agros Monſpelienſes notat C.B. *in Pin.* paſſim in ſatorum marginibus vere floret.

Hieracivm ſiliquâ falcatâ Pin. Narbonenſe falcatum Tab. *Ic.* foliis latioribus, Monſpelij creſcere notat C.B. *in Pin.* notiſſimum Monſpelienſibus, inquiunt Lob. *in Obſ.* & Lvgd. ubi inter ſegetes, & in agrorum marginibus Boutoneto finitimis luxuriat, quod repetit C.B. *in Matth.* & abundare Monſpelij rectè dixit I.B. in ſatis enim vere copioſum eſt.

Hieracivm proliferum falcatum duodecimum *in Prodr.* non autem decimum, ut poſitum fuit *in Pin.* Oritur in ſatis luci Gramuntij ubi minus reperiri, & Hieracium medioluteum vocari refert *in Prodr.* minimum falcatum ibi-

I

quipalmares ſunt, & dum ſiccantur, in modum ſpiræ convolvuntur. Maio menſe inveni cum ſpicis in ſylvæ Valenæ locis herbidis, præcipuè circa *Caravettes*.

GRAMEN, ſive feſtuca altera capitulis duris PIN. Ægilops Narbonenſium LOB. *Ic.* paſſim ſecus agrorum margines reperitur.

GRAMEN, ſive feſtuca longiſſimis ariſtis PIN. Monſpelij in agris provenire teſtatur C.B. *in Theat.Bot.* unde graminis Xerampelini nomine acceperat.

GRAMEN avenaceum locuſtis rubris montanum PIN. reperitur in rupibus ſtagno adjacentibus prope Thermas Balerucanas, viâ quâ Frontignanum tenditur.

GRAMEN avenaceum montanum lanuginoſum PIN. Monſpeſſuli ſpontè provenire dicit C.B. *in Theat.Bot.*

GRAMEN avenaceum lanuginoſum glumis rarioribus PIN. in aſperis circa Monſpelium provenire dicit C.B. quod in incultis viâ montis Lupi ſæpiùs vidimus.

GRAMEN rubrum Monſpelienſe I.B. cum ſpicis parvis & ariſtis rubris Monſpelij obſervavit.

GRAMEN aliud Monſpelienſe I.B. quatuor aut quinque ſpicas habens in uno calamo.

GRAMEN aliud glabrum Monſpelienſe I.B.

GRAMEN ſupinum Monſpelienſe *Laugerij* LOB. *in Illuſt.* Haſce graminum differentias diſtinguere, ob deſcriptionum brevitatem, & plantarum ejuſdem generis affinitatem difficile

admodum cenſemus : nec facilius eſt alias plures ſpecies, quas circa Monſpelium invenimus ad ſua capita reducere, quod curioſis perficiendum relinquimus.

Gratiola centauroïdes Pin. in pratulo luci Gramuntij, & quibuſdam humidioribus Laterae pratis oritur; Maio & Junio menſibus floret. Calidam & ſiccam eſſe amaror teſtatur; per ſuperiora, & inferiora purgat, & aquas hydropicorum educit.

Gratiola minor, ſive hyſſopifolia B. *Prodr.* circa Monſpelium foliis latioribus reperiri, & anagallidem aquaticam vocari refert. In plurimis humidis foſſis Maio menſe florentē vidimus.

Gratiola minima, hyſſopifolia minor, vel potiùs thymifolia maritima I.B. in vineis maritimis, & ad vinearum margines prope Gramuntium in agro Monſpelienſi, *Cherlerum* eam collegiſſe dicit I.B. hyſſopifoliam anguſtioribus foliis ad lucum Gramuntium notat etiam C.B. *Prodr.* Vidimus nos ſæpiùs in parva quadam foſſa in ingreſſu luci Gramuntij ad dexteram. Iſta utplurimum erecta eſt.

Grossularia ſimplici acino, vel ſpinoſa ſylveſtris Pin. in ſepibus vinearum ſparſim nobis ſæpiùs occurrit. Fructus ſaccharo condiuntur, & febricitantibus conceduntur; fluori albo, gonorrhoeæ, aliiſque fluxibus proſunt.

Grossvlaria non ſpinoſa. In rupibus montis Lupi Septentrionem ſpectantibus multa oritur, ſed quia fructum non vidimus, ſpeciem determinare non potuimus.

Digitized by Google

H

HALIMUS, ſive portulaca marina PIN. In ora noſtra maritima nihil abundantius provenit, quod à I. BAUHINO annotatum fuit. Calida eſt, teneræ ſummitates aceto condiuntur, non ſecus ac fœniculum marinum, ad appetentiam excitandam.

HEDERA corymboſa communis AD. plurimos muros circa urbem cingit, arboribus etiam noxia eſt, quibus alimentum ſubtrahit, ſub umbroſis vinearum ſepibus repit, aliquando culturâ arboreſcit. Acris eſt, & intùs non uſurpatur: decoctum foliorum lienis dolores ſedare dicunt; magnus uſus foliorum, quæ cauteriis imponuntur ad ichores promovendos.

HEDERA terreſtris vulgaris PIN. Monſpelij ſpontè provenire dicit I. B. circa Lateram, præcipuè prope molendinum copioſè reperitur. Calidam & ſiccam eſſe amaror indicat; mira narrantur de illius virtutibus, at in hoc omnes conſentiunt, quòd vulneraria ſit, & ad interna ulcera curanda ſummè efficax.

HELICHRYSUM ſeu ſtœchas citrina anguſtifolia PIN. ſtœchas citrina tenuifolia Narbonenſis, & Chryſocome Monſpeliaca TAB. I. B. copioſè circa Monſpelium provenire, & Aprili, Maio, necnon Septembri menſibus florere rectè annotavit I. B. folia & flores odorati ſunt, ut dicit LOB. *in Ad.* Radicem certè inodoram inve-

Digitized by Google

nimus; ad jecoris diuturnos affectus commendat Lob.

Helichrysum ſylveſtre anguſtifolium capitulis conglobatis Pin. ſtœchadi citrinæ affinis, capitulis parvis, raris, ſquammoſis, in pappos evaneſcentibus I. B. Monſpelij rectiſſimè annotavit menſe Septembri, & ineunte vere in muris, & in colle circa *Caſtelneuf*, I. B. in Monſpeliano agro totâ æſtate florentem viderat Clus. Stœchadem citrinam alteram habet Lob. *in Ad.* Monſpelij collectam, cui flores ſingulos in ſingulo caule tribuit, quod noſtro helichryſo non convenit, quamvis reliqua conveniant.

Helichrysum ſylveſtre flore oblongo Pin. ſtœchas citrina altera inodora Ad. in ilicetis cocciferis, inter *Sommieres*, & Monſpelium, ſtœchadem citrinam referens, occurrit, ut habet Lob. *in Ad.* quod repetit Lugd.

Heliotropium maius Dioſc. Pin. paſſim circa Monſpelium florere rectè notat I. B. ubique enim in ſatis æſtate obvium eſt. Contra ſcorpionum ictus in vino potum, & ad verrucas, ac tumores ſtrumoſos efficaciſſimum eſſe prædicant. Vidimus ſæpiùs variis in locis Heliotropium ad iſtud accedens, per omnia tamen minus & ſupinum, ſicut de ſuo heliotropio ſupino dicit Clus. ſed quia ſemen obſervare non potuimus, noluimus aſſerere an diverſum fuerit. Heliotropium minus repens obſervavit etiam Lob. *in Ad.* in ſcrobibus lutulentis Gramuntiæ ſylvæ Monſpeliacæ, inter pulegios cervinos, ſub-

Digitized by Google

tus tamariſcos, in pinguibus verò & humidis locis agri Monſpeliaci Lvgd.

Heliotropium tricoccum Pin. vidit Monſpelij ſemine prægnans I. B. quod in Gallia Narbonenſi copioſè naſci teſtantur Clvs. & Lvgd. paſſim circa Monſpelium æſtate, & autumno in ſatis reperitur, & à ruſticis colligitur ad pannos eleganti purpurâ colorandos, vulgò *tourneſol*.

Helleborvs niger fœtidus Pin. elleboraſter maximo flore & ſemine prægnans Lugd. juxta Ledum amnem copioſo proventu florum & foliorum naſci poſt Lob. *in Ad.* rectè tradit Lugd. dentium caſum promovere refert Riverius, *in ſua Praxi Medica*, ſi folio contrito dens confricetur, cavendum tamen ne alij dentes eodem ſucco tangantur.

Helleborine floribus albis I. B. Maio menſe copioſè florentem obſervavimus in luculo prædij Dom. *de Greſeuille*, an loci proprietati ortum debeat, an verò aliunde tranſmiſſa fuerit, neſcio.

Helleborine latifolia montana Pin. ſecunda Clvs. *hiſt.* eodem in loco, & eodem tempore cum flore conſpicitur, & facile à priori, maiori galeâ, & colore diſtinguitur.

Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens Pin. ſexta Clvs. *hiſt.* malè quartam in titulo poſuit I. Bauhini Typographus. In luco antri Frontignanenſis juxta ilices cocciferas Maio menſe cum flore frequentem vidimus.

Helleborine anguſtifolia pratenſis Pin.

Digitized by Google

tertia CLVS. *hiſt.* in paluſtribus umbroſis, ſecus Ledum amnem variis in locis oritur, præcipuè circa pontem Caſtrinovi inter populos, & fraxinos. Florem habet herbaceum, ideò diu dubitavi, an ad iſtam, an ad helleborinen herbaceo flore HORT. REG. BLES. reducerem, quia nonnihil candicantis ſuæ tribuit CLVS.

HERBA terribilis. Vide *Thymelaa foliis acutis.*

HERBA venti. Vide *Marrubium.*

HERNIARIA. Vide *Polygonum.*

HESPERIS ſylveſtris flore parvo B. *Prodr.* in incultis circa urbem collectam diu in horto alui, quæ ex ſemine deciduo quotannis copioſè oriebatur.

HIERACIVM maius folio ſonchi, vel hieracium ſonchites PIN. in marginibus ſatorum, & pratorum copioſiſſimè reperitur. Hieracium, ut docet DIOSC. æſtuanti ſtomacho, inflammationibúſque admotum prodeſt, vim enim habet refrigerandi, & modicè aſtringendi.

HIERACIVM chondrillæ folio hirſutum PIN. Monſpeſſuli minus & lævius quàm in Germania oriri dicit.

HIERACIVM chondrillæ folio glabro radice ſuccisâ maius PIN. in pratis Lateræ abundat Maio menſe cum flore.

HIERACIVM pulchrum I. B. illud vidit Monſpelij, & nos copioſum invenimus in humidis ſatorum, & vinearum foſſis totâ æſtate cum flore.

HIERACHIVM

Digitized by Google

dem addit C. B. quod in arenoſo maris littore non longè Monſpelio invenit, quæ diverſitas ſine dubio, à loci ſiccitate dependet.

HIERACIVM dentis leonis, folio obtuſo majus PIN. macrocaulon iunceum I. B. qui Monſpelij florens obſervavit menſe Maio, ad ripam fluminis prope *Caſtelneuf*, ubi ſolet provenire in pratis. In aliis etiam herbidis & humentibus locis frequens eſt.

HIERACIVM dentis leonis folio bulboſum B. *Prodr.* pro iſto maximè placet figura TAB. Hieracij intybacei: Monſpelij repertum dicit C. B. *in Prodr.* hoc primus mihi oſtendit D. IOLLY D. M. quod deindè copioſum inveni in herbidis pratorum, & ſatorum marginibus circa Lateram.

HIERACIVM minus dentis leonis, folio ſubaſpero PIN. Hypochæris porcellia TAB. in vineis circa lucum Gramuntium frequens occurrit.

HIERACIVM caule aphyllo hirſutum I. B. huius figura cum noſtro bene convenit, ſed nec ſynonyma, nec flos maior ſeorſim depictus bene quadrant. In marginibus umbroſis juxta hortorum muros circa Boutonetum creſcit.

HIERACIVM dentis leonis, folio hirſutie aſperum minus laciniatum PIN. Monſpelij provenire teſtatur C. B. *in Prodr.* invenimus ſæpiùs ultra pontem Caſtrinovi in colle dicto, *Forrand*, & in ſquallidis locis *garrigues* dictis, quæ ſunt inter Frontignanum, & Thermas Balerucanas.

Digitized by Google

Hieracium parvum hirſutum, caule aphyllo I. B. fortè hieracium pumilum ſaxatile aſperum, radice præmorsâ *Prodr.* Monſpelij collectum habuit I. B. In ſquallidis locis ultra pontem Salenovæ, & in aliis quamplurimis abundat.

Hieracium echioïdes capitulis cardui benedicti Pin. Buglossum echioïdes luteum Ad. in humidis foſſis & ſcrobibus lutulentis, ac in plurimis vineis Julio & Auguſto menſibus abundè floret.

Hieracium aſperum maiori flore, in limitibus agrorum I. B. paſſim totâ æſtate, & autumno floret in ſatorum marginibus; ſæpiùs in iſto folia laciniata notavimus, quod fortè Hieracium maximum aſperum chondrillæ foliò B. *Prodr.* Monſpeſſuli in locis vulgò *garrigues* dictis proveniens; in quibus locis noſtrum etiam abundat.

Hieracium fruticoſum anguſtifolium maius Pin. Sabaudum Ad. in luco Gramuntio, & aliis umbroſis ſterilibus oritur.

Hieracium primum latifolium Clus. in deſcenſu montis *Capouladou*, inter rupes umbroſas ferè ſemper cum maculis nigricantibus conſpicitur.

Hieracium murorum, folio piloſiſſimo Pin. Pulmonaria Gallorum, flore hieracij Ad. in parietibus dirutis, muſco obſitis, Monſpelij, & Gramuntiæ ſylvæ emicare poſt Lob. *in Ad.* dicit Lugd. in muris etiam, & locis ſiccis conſpexerat I. B. reperitur copioſè

Digitized by Google

in luco Gramuntio foliis maculatis, & non maculatis. Frigidum & humidum eſſe credit Trag. ad potiones vulnerarias à Chirurgis uſurpatur.

Hieracium murorum anguſtifolium laciniatum minus Pin. in herbidis umbroſis montis Lupi, & montis *Capouladou* oritur.

Hieracium capillaceo folio Pin. Monſpelio allatum habuit C. B. ut teſtatur *in Prodr.* quod nondum vidimus.

Holosteum hirſutum albicans minus Pin. Monſpelienſe Ad. I. B. & Tab. invenit Monſpeſſuli C. B. *in Matth.* in aridis etiam olivetis, & non procul ab arvis, viáque Boutoneti proximâ frequens oriri rectè poſt Ad. tradit I. B. Monſpeliano quoque agro in locis incultis & aridis ſe obſervâſſe dicit Clus. cujus tamen folia, non majorem habere latitudinem quàm folia *Pſyllij* notat; at noſtrum longè latiora habet, & meliùs majoris Holoſtei icone repræſentatur. Oritur in marginibus ſatorum ad dexteram Boutoneti, & in aridis etiam marginibus verſus molendinum *Salicate.*

Holosteo affinis Cauda muris Pin. Aprili & Maio menſibus ſæpiùs invenimus in parva quadam foſſa herbida, quæ ſita eſt prope ingreſſum luci Gramuntij ad dexteram.

Hordeum polyſtichum hybernum Pin. in agris propinquioribus ſeritur. Frigidum & leviter ſiccum non decorticatum ſtatuitur, decorticatum verò humidum eſt; humores incraſſat, corpúſque macie confe-

Digitized by Google

ctum reficit: hordeo utimur in ptiſanis febricitantium.

Horminvm ſclarea dictum Pin. Gallitrichum ſativum I.B. Monſpelij obſervavit I.B. inter Lateram, & *Perauls* multis in locis ſpontè luxuriat. Calidum & ſiccum cenſetur; reſolvit, attenuat, & expellit, authore Trag.

Horminvm pratenſe foliis ſerratis Pin. ſylveſtris quarti ſpecies prima Clvs. *Hiſt.* in herbidis viis montis Lupi, & in monte *Capouladou* copiosè reperitur floribus violaceis, carneis, & aliquando albis.

Horminvm ſylveſtre lavendulæ flore Pin. ſylveſtris quarti ſpecies quinta Clvs. *Hiſt.* paſſim in ſatorum marginibus oritur, & totâ æſtate, & autumno floret, invenimus in via Laterenſi cum floribus albis Maio menſe; fortè Horminum anguſtifolium laciniatum B. *Prodr.* quod foliis ſcolopendriæ modo diviſis, & floribus albis Monſpeſſuli legit.

Hyacinthvs maximus botryoïdes comâ cæruleâ I. B. comoſus Dioſc. Ad. bulbinam Plinij, ſive bulbum eſculentum, & pancratium alterum à Monſpelienſibus dici refert Lob. *in Ad.* in agris Monſpelij vidit I. B. abundat enim in omnibus ſatis Aprili menſe cum flore. Nullum bulbum deguſtavit Clvs. qui majorem ad vomendum vim ipſi fecerit.

Hyacinthvs vernus botryoïdes minor cæruleus anguſtioribus foliis odoratus I. B. comoſus minor Ad. ornat iſte, ut aio Lob. *in Ad.* venuſtis ſuis floribus herbidos agrorum

Digitized by Google

margines, vulgus *barreletus* vocat; paſſim etiam Monſpelij provenire notat I. B. Februario, & Martio menſibus ubique floret.

Hyacinthus autumnalis minor Clus. in collibus circa Monſpelium olim collegerat Clus. in glareoſis & aſperis locis I. B. & ad Cellamnovam Ad. & Lugd. autumno incipiente in locis *garrigues* dictis copioſè floret. Hyacinthum maritimum minimum addit C. B. *in Prodr.* in noſtris maritimis collectum, quod fortè tantùm loci ratione variat.

Hyoscyamus vulgaris vel niger Pin. juxta vias in foſſis, & inter dirutos Lateræ urbis muros Aprili, Maio, & Iunio menſibus cum flore reperitur, non eſt iſte in uſu, quem maximè damnat Sim. Paul.

Hyoscyamus albus I. B. in hortorum muris, & aliis plurimis in locis ſpontè oritur, æſtate, & autumno floret, vulgò *de careillade*. Frigidum eſſe in quarto gradu dicunt; dolores ſedat, & adverſus acres oculorum, aliarúmque partium fluxiones exteriùs adhibitum commendatur; cautè tamen uſurpandum, ne in partibus narcoſim inducat.

Hyoscyamus Creticus luteus maior Pin. in muris circa Boutonetum ſæpiùs legimus, & præcipuam differentiam à ſuperiori, in flore notavimus, cujus folia ex albo ſubluteа ſunt, in interioribus partibus obſcurè purpurea, ſicut quinque ſtamina, apices verò ſublutei.

Hypecoum Pin. ſiliquoſum I. B. qui locum in quo mihi ſolummodò videre contigit,

Digitized by Google

annotavit: ad ripam ſcilicet ſtagni, non longè à Thermis Balerucanis ante ſacellum. Aprili, & Maio menſibus floret.

HYPERICON vulgare PIN. herba perforata TRAG. menſe Iunio cum flore copiosè deferunt mulierculæ, vulgò *de treſcalan*; aliud maioribus, aliud multò minoribus foliis reperitur. Calidum & ſiccum eſt, ad febres intermittentes decoctum commendatur: oleum apud Monſpelienſes conficitur, ut poſt AD. refert I. B. ad vulneraria balſama nulli ſecundum, facto peritiſſimorum Chirurgorum experimento.

HYPERICON ſupinum tomentoſum minus, vel Monſpeliacum PIN. in locis uliginoſis agri Monſpelienſis, ſed fervidiori ſole exuſtis oriri, ex AD. dicit LVGD. ultra pontem Salenovæ ad dexteram, & aliis multis in locis naſcitur; palmo non maius eſſe dicit LOB. *in Ad.* ſed circa urbem nos vidimus, nullo modo minorem ſupino tomentoſo Hiſpanico CLVS.

HYPOCISTIS. Vide *Ciſtus ladanifera*.

I

IACEA nigra vulgaris capitata & ſquammoſa I.B. paſſim in omnibus ſatorum marginibus toto anno conſpicitur, & pro Iacea nigra omnibus nota eſt: autumnó foliis anguſtiſſimis occurrit, quam iaceæ nigræ anguſtifoliæ vel Lithoſpermi arvenſis foliis deſcripſit C. B. *in Prodr.* paſſimque Monſpeſſuli obſervâſſe tradit.

Digitized by Google

Calida & ſicca eſt jacea, ad faucium & tonſillarum tumores, ac ulcera utilem ſtatuunt.

Jacea cum ſquammis cilij inſtar piloſis I. B. in herbidis montis *Capouladou* oritur, ſed copioſiùs in pratis montis Calcaris.

Jacea cùm ſquammis pennatis, ſive capite villoſo I. B. calidiori circa Monſpelium cælo ſtrigoſiorem naſci dicit I. B. copioſè reperitur in via quà itur ad pagum *Santgèly*, & in declivibus ſaxoſis montis *Capouladou*.

Jacea humilis alba hieracij folio Pin. Monſpeſſulana, cui in ſquammis fibræ nigræ I. B. Monſpelij obſervavit I. B. cum flore albo, primò ſine caule, quos deindè multos per terram ſparſos producit; eandem in marginibus ſatorum, ad pontem, viâ quà Frontignanum itur invenit Lob. *in Ad.* quod repetit Lvgd. floribus purpureis, & floribus albis, eodem in loco frequentem vidimus Maio menſe florentem.

Jacea montana incana, capite pini Pin. vulgò dicitur jacea pinea: è monte Cetio oblatam vidit I. B. & Monſpelij in finitimis locis glareoſis inter ciſtos, & cocciferas ilices notat Lob. *in Ad.* in locis *garrigues* dictis, ad Salenovam, *la Colombiere*, *Mònmau*, & ad montem Lupi, frequenter naſcitur, modò acaulis, modò cum caule, menſe Iunio floret.

Jacea vel Stœbe Gallica & Auſtriaca elatior Clvs. *Hiſt.* Cyanus minimus viticulis ſparteis, ſtriatis copioſis perpuſillis caliculis, flore purpureo obſoleto Ad. in ſtrigoſis aridis prope Monſpeliacum patibulum & Caſtrumnovum

Digitized by Google

obvium, rectè dixit Lob. *in Ad.* totáque æſtate Monſpelij conſpici ſcribit I. B. qui Centaurij majoris ſpeciem tenuifoliam facit; in locis *garrigues* dictis copiosè totâ æſtate floret. Addit C. B. *in Pin.* ſtœbem rubram Monſpeliacam paruis cyani capitulis, vel jaceam rubram anguſtifoliam laciniatam, quam Monſpelio miſſam teſtatur *in Phytop.* eam nondum vidimus.

Jacea montana incana odora Pin. montana Narbonenſis Lob. *Obſ.* in cautibus, & collibus Caſtrinovi conterminis Monſpelienſis agri à ſe repertam dicit Lob. Quid ſit, me ignorare fateor.

Iacea incana Lugd. incana Cyani capitulis Pin. in Narbonenſibus vinetis, & non procul à Monſpelio naſci teſtatur Lugd. cis Cellænovæ Monſpeliacæ pontem plurimam oriri dicit Lob. *in Ad.* & in collibus quos *Garrigues* vocant, à *Cherlero* collectam notat I. B. vidimus nos ſæpiùs prope pontem *Grabels* in ſterilibus locis fluvium ſequendo, & in declivibus à colonis deuſtis montis *Capouladou*, Iunio menſe cum flore.

Jacea intybacea, ſive ſtœbe Salmanticenſis prior Clus. I. B. primo vere florentem reperit I. B. in itinere verſus Frontignanum; paſſim oritur in ſatorum marginibus, & totâ æſtate floret. Inveni ſæpiùs Iulio menſe cum floribus albis verſus *Santgely*.

Iacea latifolia, ſpinoſis capitulis pulchris, flore purpureo I. B. jaceæ ſpinoſæ nomine Monſpelij collectam teſtatur C. B. *in Phytop.* inve-

Digitized by Google

nimus nos in vineis quibuſdam circa *Monteils*.

Jacea cum ſpinoſis capitulis purpurea tenuifolia I. B. capitulis ſpinoſis Ad. ad Cellam-novam, & in vinetis Monſpelio vicinis ſpontaneam reperiri dicit Lob. *in Ad.* paſsímque provenientem rectè obſervavit I. B. in omnibus enim ſatorum marginibus cum nigra vulgari oritur, à qua non niſi capitulis ſpinoſis diſtinguitur.

Iacea lutea capite ſpinoſo Pin. Centaurium collinum I. B. in ſegetibus Monſpeliacis cum floribus luteis venuſtis oriri notat Lob. *in Ad.* eámque Monſpelij collegiſſe C. Bauhinum, refert I. B. ad ſemitam quà itur *Perauls*, non procul à ſylvula Iunio & Iulio menſibus florentem. In ſatis circa urbem paſſim luxuriat. Invenimus aliquando cum capitulis non ſpinoſis.

Iacea Sicula cichorij folio, flore luteo, capite ſpinoſo Paul. Bocc. inter ſegetes juxta montem Lupi collegimus, & copioſè in marginibus ſatorum montis Ceti, verſus ſtagnum.

Jacobæa vulgaris laciniata Pin. Monſpelij obſervavit I. B. in marginibus pratorum, & juxta Ledum amnem frequens eſt. In herbidis montis *Capouladou* prope fluvium *Herau* eam vidimus, foliis multò magis laciniatis. Vulnerariam eſſe prædicant, & refert Sim. Paul. quendam Chirurgum multos ægrotantes dyſenteriâ epidemicâ laborantes, Iacobææ decocto ſanâſſe.

Digitized by Google

Jacobæa tertia, latifolia prima Clus. *Hiſt.* juxta rivulum fontis *Putanelle*, & Ledum amnem copioſè oritur, imò in omnibus ferè humidis vinearum foſſis æſtate, ac autumno floret.

Jacobæa ſenecionis folio Hort. Reg. Bles. in vineis circa lucum Gramuntium, & circa pontem Caſtrinovi Maio menſe reperitur cum flore.

Iacobæa prima Pannonica Clus. *Hiſt.* Senecio incanus pinguis Pin. in herbidis umbroſis, inter rupes aſcendendo ad montem Lupi invenimus.

Iasminum vulgò dictum bacciferum Pin. Polemonium Monſpelienſe Lob. Lugd. Cam. & Eyst. Ruta capraria Gallorum Monſpelienſium Gesn. in Monſpelienſi agro, ad Caſtrinovi aridos colles, & æſtuoſos margines olivetorum, & in luci Gramuntij campeſtribus ſaxoſis, quamplurimùm naſci, rectè dicit Lugd. poſt Lob. *in Ad.* & in ſepibus Monſpelij I.B. in foliis maximè ludit ternis & aliquando ſingularibus, Maio menſe floret. Bibitur in vino contra ſerpentum morſus, & dyſenteriam ex Diosc.

Iberis latiore folio Pin. Monſpelij ſecus vias, in muris, & marginibus agrorum obſervavit I. B. paſſim ubique toto anno reperitur. Calida & ſicca eſt, & cauſticæ facultatis.

Iberis naſturtij folio Pin. circa pagum *Beraals* Iunio menſe cum flore, & ſemine nobis ſæpiùs occurrit.

Digitized by Google

Ilex arbor Lob. *Obſ.* in cujus figura folia, ſpinoſa, & non ſpinoſa rectiſſimè pinguntur, mirè enim in foliis ludit, ſicut obſervavit I. B. unde non mirum ſi ſpecies multiplicatæ fuerint. Plures habemus ſylvulas in quibus ilices folia oblonga, utplurimùm non ſerrata, habent, quales ſunt *Mommau, la Valette*; in luco Gramuntio verò rotundiora ſunt, & ſpinoſa; in ſylva Valena omnes foliorum varietates obſervabis. Proceras, & quernâ elegantiâ plurimas in luco Gramuntio viderat Lob. *in Ad.* plurimámque, & frequentem in agro Monſpelienſi notaverat Lvgd. cujus ilicis figura meliùs caſtaneam repræſentaret, ſi glandes nón adpoſuiſſet. Inter multas foliorum varietates, unam præcipuè ſeparavimus, quæ folia habet agrifoli; ſpinoſa obſcurè virentia; uno verbo agrifolium diceres, niſi glandes proferret. Quæ

Ilex folio agrifolij. Nolim tamen ſtatuere, à priori ſpecie diverſam eſſe, quouſque culturâ innotuerit. Valentiùs aſtringit Ilex quàm quercus; glandium pulvis ad ʒ.i. exhibitus præmiſſis univerſalibus remediis, dyſenterias, & alia alvi profluvia ſanat.

Ilex aculeata cocciglandifera Pin. coccifera Ad. coccum fert Maio menſe, ex quo celebris confectio Alkermes nomen habuit, quæ in difficili partu, collapsíſque viribus, tum ad partes principes roborandas tantùm commendatur. Glandes habet, pro fruticis magnitudine, magnos, ſubrotundos, cum calice echinato; in omnibus ſterilibus, vulgò *Garrigues*, ni-

Digitized by Google

hil eſt frequentius, vulgò *Avauſſes*.

Ilex media cocciferæ Ilici planè ſuppar, folio aquifolij Ad. in iiſdem locis permixta reperitur, & præcipuè glande diſtinguitur, qui, ut optimè dicit Lob. *in Ad.* oblongior eſt, dactylum (veriùs dactyli nucleum) æquans; utramque differentiam, autumno diſtinguere, facile eſt.

Iris vulgaris violacea, ſive purpurea ſylveſtris I. B. Monſpelij florentem vidit, ubi copioſè juxta vinearum ſepes Aprili, & Maio floret, vulgò *Coutele*. Radix calida, & ſicca eſt tertio ordine (ut docet Mesve:) detergit, coquit, reſolvit, pituitam craſſam incidit, aquas hydropicorum potenter educit.

Iris maritima Narbonenſis Ad. anguſtifolia quarta Clus. *Hiſt.* in Nitiobrigum maritimis, & ſabuletis herbidis ſe legiſſe refert Lob. *in Ad.* ac in riguis herbidis cis ſtagnum, non procul ab oppido Frontignana, ex adverſo montis Ceti; in ipſo monte Cetio naſci tradit Clus. nos in maritimis ſæpiùs vidimus, modò majorem, modò minorem, unde tertiam & quartam Clus. conſtituit.

Iris perpuſilla ſaxatilis acaulis fermè Ad. Chamæiris ſaxatilis Gallica Pin. plurima oritur, ut inquiunt Ad. & Lugd. in agri Monſpelienſis locis aridis, & ſaxoſis ſecus ſpecum, viâ quâ Frontignanum itur, in cuius cautibus, & rupium commiſſuris frequenter adoleſcit prope ferulam: ibi quoque nos ſæpiùs vidimus, & in aliis ſterilibus, vulgò *Garrigues*. Dum in hortis colitur, major fit, & à Lob. *in Obſ.* dicitur

Digitized by Google

iris perpuſilla latifolia, ex agro Monſpelienſi in Belgium tranſmiſſa.

IRIS minor lutea DOD. Chamæiris luteo flore PIN. In iiſdem ſterilibus *Garrigues* dictis, *Mommau*, *la Colombiere*, & aliis abundat, ac primo vere floret.

IRIS ſylveſtris Dioſc. vel Xyris PIN. Spatula fœtida I. B. paſſim Monſpelij inter dumeta ſecus vias provenire, rectè notat I. B. in umbroſis ſiquidem vinearum ſepibus vulgatiſſima eſt. Radix acris eſt, ita ut cauſticis permiſceri poſſit, ut dicit TRAG.

IRIS paluſtris lutea, ſive Acorus adulterinus I. B. in rivulo Lateræ, & vicinis omnibus paludibus, imò toto Ledo amne frequentiſſimè occurrit, ideò circa aquas, Monſpelij Martio & Aprili florentem abundare, rectè dixit I. B. Radix frigida & ſicca eſt, dyſenterias, & alias omnes alvi fluxiones cohibere docent TRAG. & DOD.

IVA moſchata. Vide *Chamæpitys*.

IVNCUS lævis paniculâ non ſparsâ PIN. Iuncus MATTH. vulgatiſſimus iſte eſt, in omnibus humidioribus locis proveniens, nec locum determinare neceſſe eſt; huius glomeruli aliquando ſtylis adhærent, aliquando verò propendent.

IVNCVS lævis paniculâ ſparsâ maior PIN. vulgaris etiam iſte eſt in humidioribus locis, præcipuè circa Lateram. Iunci ad piſcatorum naſſas conficiendas, potiùs quàm ad Medicinam utiles ſunt.

IVNCVS acumine reflexo maiore PIN. in

Digitized by Google

herbidis etiam, & humentibus locis ſæpiùs occurrit.

IUNCVS pungens, ſeu juncus acutus capitulis ſorghi I. B. maritimus primus AD. inter Lateram, & *Perauls* oriri notaverunt LOB. *in Ad.* & C.B. *in Theat. Bot.* nihil vulgatius eſt in tota ora maritima.


IVNCVS acutus maritimus caule triangulo B. *Prodr.* prope *Perauls*, viâ quà ad mare itur invenit C.B. vidimus etiam nos in maritimis prope Frontignanum.

IVNCVS acutus maritimus capitulis rotundis PIN. maritimus alter AD. in eodem loco cum maritimo primo notat LOB. *in Ad.* in iiſdem enim maritimis copioſè oritur.

IVNCVS maximus, ſive Scirpus maior PIN. maximus holoſchœnos I.B. Monſpelij in lacubus provenire dicit I. B. in toto Ledo amne paſſim ab aquis emergit.

IVNCVS

Digitized by Google



Digitized by Google

IVNCVS lithoſpermi ſemine HORT·REG·BLES. radicem habet ex multis fibris nigricantibus, in unum ceſpitem coacervatis, compoſitam, unde plurima folia palmaria triangularia producuntur, inter quæ plures oriuntur ſcirpi cubitales, quorum quiſque capitulum ſpadiceum producit, ſcirpo adhærens, ex variis folliculis compoſitum, in quibus ſemina alba pellucida, lithoſpermi maioris ſemine minora conſpiciuntur, folia & ſcirpi verſus radicem colorem habent atrorubentem: an juncus λυχνάνθεμος tenuis maior THAL. in herbidis humentibus circa pontem Salenovæ, & in maritimis copioſè reperitur: huius figuram damus.

IVNCVS capitulis equiſeti maior PIN. clavatus Dalech. LVGD. in humidis foſſis, & in Ledo amne ſæpiùs modò maiorem, modò minorem vidimus.

IVNCVS cyperoïdes paludoſus floridus LOB. *Obſ.* Monſpeſſuli in maritimis, & lacuſtribus, inter iuncos præſertim obſervari dicit I. B. Iunio menſe cum flore vidimus in paluſtribus circa Lateram, & præcipuè ſecundum canalem vulgò dictum, *la roubine.*

IVNIPERVS vulgaris fruticoſa PIN. in ſqualidis vulgò *Garrigues*, multis in locis oritur; cujus baccis, & ligno, in conſtitutione temporis malignâ & peſtilenti domus ſuffumigantur. Baccæ calidæ ſunt in tertio, ſiccæ in primo gradu; mirè eas commendat SIM. PAVL. pro calculoſis.

IVNIPERVS maior baccâ ruffeſcente PIN.

Digitized by Google

maior Monſpelienſium Lob. *Ic.* eo modo abundare dicit Monſpelij I. B. quo juniperus vulgaris circa Baſileam, vulgò dicitur *Cade*. Exhibent plurimi olei juniperi guttas duas, vel tres puerulis, dum vermium copiâ premuntur, & ſuffocantur. Vmbram nocere quamvis à Virgil. *in eclog. ult.* proditum ſit, difficile creditu eſt, potiùs enim odoris ſuavitate ſpiritus reficere valet; ſub iunipero innoxiè dormivit Elias Propheta in deſerto, Iezabelis crudelitatem fugiens.

K

Kali maius cochleato ſemine Pin. notum eſt, inquit Lugd. poſt Ad. In maritimis Galliæ Narbonenſis, ubi tum ſpontè, tum ſatum campos caulium frequentiâ operit: vidit etiam ad lacus ſalſos ſatum I. B. autumno in noſtris maritimis acervatum Kali in ſcrobe cui ligna inſunt decuſſatim inſtructa, comburitur & liquatur, inque fundum ſcrobis defluit, ac cogitur in ſaxum, quod vulgò *foude* dicitur, ad vitrum conficiendum.

Kali ſpinoſum cochleatum Pin. in iiſdem maritimis obſervavit I. B. cum ſuperiori; nos non ſolùm in maritimis copioſum vidimus, ſed etiam in ſabuloſis viæ pontis Caſtrinovi.

Kali minus villoſum Pin. parvum hirſutum I. B. in noſtris maritimis obſervârunt fratres: frequens eſt in maritimis circa *Perauls*.

Kali minus foliis lucidis. Inveni iſtud Kali

Digitized by Google

circa oppidum *Meze*, juxta tamariſcos prope molendina; foliis eſt copioſis, lucidis, ita ut præ luciditate villoſum primo intuitu arbitrarer., & in acutum deſinentibus, quibus notis à minori villoſo, & minori albo diſtinguitur.

KALI minus album ſemine ſplendente PIN. *Blanchette* Narbonenſium, ſive Kali minus AD. in iiſdem natalibus cum ſuperioribus oriri rectè dicit LOB. *in Ad.* folia aliquando ſunt pallidè virentia, , aliquando verò rubra. Aliud cum iſto permixtum notavimus maioribus & durioribus cauliculis, & quod magis accedit ad Kali minoris, ſive ſedi minoris arboreſcentis vermiculati I. B. deſcriptionem, cuius figura vel tranſpoſita eſt, vel maximè vitioſa, potiùs enim Kali geniculatum repræſentat.

KALI ſpecies, ſive vermicularis marina arboreſcens I.B. in paludoſis Lateræ aliquando occurrit, ſed copioſiùs circa Aquas mortuas, vulgò *Aiguemortes*.

KALI geniculatum maius ſempervirens PIN. vulgò *ſonſovires*. Iuxta mare ſe vidiſſe florens menſe Auguſto copioſum dicit I. B. & à quibuſdam ſempervivum marinum Monſpelienſium vocari; paſſim oritur in maritimis.

KALI geniculatum annuum PIN. Cum aliis ſimiliter permixtum copioſè reperitur. Diximus ex primo Kali cochleato ſemine PIN. confici veluti ſaxum quod *ſoude* dicitur, quo ſolo utuntur Vitriarij ad vitrum conficiendum, quia purius eſt; ex aliis omnibus Kali ſpeciebus impurius *ſoude* conficitur, quod ſolummodò ſaponis compoſitionem ingreditur; ex iſto enim cum calce

Digitized by Google

lixivium acerrimum paratur, quod cum oleo olivarum ad ſaponis conſiſtentiam decoquitur, & malè relatum fuit Simoni Pavl. ſaponem fieri ex ſale Kali, & oleo nativo Gabiani; cùm oleum quod in fonte Gabiani colligitur, paucum ſit, & maxima olei quantitas ad ſaponem conficiendum requiratur.

L

Lactvca ſylveſtris folio laciniato, dorſo ſpinoſo I. B. vulgò dicitur ſcariola. Monſpelij abundare refert I. B. paſſim in humidioribus ſatorum marginibus, & juxta Ledum amnem foliis laciniatis, & non laciniatis Iulio & Auguſto menſibus cum flore vidimus: ad jecoris affectus non ſecus ac Endiviam valere teſtantur plurimi.

Lactvca ſylveſtris odore viroſo Pin. agreſtis ſcariolæ hortenſis folio, lactucæ flore, opij odore Ad. in quampluirimis umbroſis herbidis ſatorum marginibus creſcit, & ingrato ſuo odore facilè innoteſcit, ſomnum conciliare credunt.

Lagopvs. Vide *Trifolium.*

Lamivm purpureum fœtidum folio ſubrotundo Pin. galeopſis, ſive urtica iners, flore purpuraſcente majore, folio non maculato I. B. Monſpelij toto anno florere dicit I. B. cujus figura tranſpoſita eſt. In ſepibus circa urbem vere abundat. Calidum & ſiccum eſt Lamium; ad

Digitized by Google

ſtrumarum, & putreſcentium ulcerum curationem adhibetur.

LAMIVM folio oblongo luteum PIN. in umbroſis ſaxoſis montis *Capouladou*, & montis Lupi verſus Septentrionem oritur.

LAMIVM montanum meliſſæ folio PIN. Meliſſophyllum FVCHS. Monſpelij vidit I. B. in Valenæ ſylvæ umbroſis juxta viam quà itur ad pagum *Viols*, in monte *Capouladou*, & monte Lupi abundat. Vidimus iſtud cum floribus purpureis, carneis, & albis.

LAMIVM folio caulem ambiente minus PIN. galeopſis, ſive urtica iners minor, folio caulem ambiente I. B. figura quam ponit I. B. eſt alterius Lamij, maximè placet pro iſto Lamio figura LOB. *I C.* quam habet ſub morſu gallinæ, folio hederulæ altero. Copioſè Monſpelij provenire rectè dicit I. B. paſſim enim in omnibus ſatorum marginibus oritur, & Oculus cati vocatur; variat in floris colore, qui modò purpureus, modò albus eſt.

LAMPSANA. Vide *Soncho affinis*.

LAPATHVM acutum, ſive oxylapathum I. B. Monſpelij ſpontaneum obſervavit I. B. ubique vulgare eſt, & in foliis multùm ludit, quæ modò acuta ſunt, modò ſubrotunda, ſæpiſſimè etiam ſinuata, ſicut de ſuo lapatho Bononienſi ſinuato dicit I. B. Decoctum radicis ad ſcabiem commendatur, imò radix ſicca in pulverem redacta cum aceto, in fotibus quotidie à Medicis uſurpatur ad humorum acrimoniam temperandam, vulgò *Renebre*.

LAPATHVM aquaticum folio cubitali PIN.

Digitized by Google

hydrolapathum AD. in foſſis circa Melgorium, vulgò *Maugio* provenit.

LAPPA major Arctium DIOSC. PIN. Perſonata, ſive Lappa major, aut Bardana I.B. in umbroſis herbidis circa Lateram, & pontem Caſtrinovi oritur. Aqua diſtillata mulieribus hyſtericis multùm confert. Dicit SIMON PAVL. decoctum radicis Lappæ in lue venereâ, emaciatis etiam & raræ texturæ ægris longè tutiùs propinari, quàm quod ex lignis exoticis præſcribitur; vulgò *Lappas*.

LAPPA minor Xanthium DIOSC. PIN. in omnibus ſcrobibus circa urbem æſtate & autumno reperitur. Flavos facere Capillos dixit DIOSC.

LATHYRVS ſativus flore fructúque albo, PIN.

LATHYRVS ſativus flore purpureo PIN. in ſegetibus utrumque vidit I. B. multis enim in locis ſeritur ad columbarum nutritionem, & ſparſim etiam in ſatis uterque reperitur, vulgò *Gairoutes*.

LATHYRVS luteus latifolius. Lathyri ſpecies lutea I. B. in ſatis circa Salenovam, & aliis plurimis in locis Aprili & Maio menſibus cum flore ſæpiùs occurrit.

LATHYRVS anguſtifolius humilior. Eruum Monſpelienſium PIN. fortè intelligit C.B. Lathyri ſpeciem quam in ſterilibus circa Boutonetum, & in aliis ſterilibus ſatorum marginibus habemus humilem cum foliis gramineis, venoſis, & floribus phœniceis.

LATHYRVS ſylveſtris minor PIN. Cata-

Digitized by Google

nanee leguminoſa quorundam I. B. in plurimis ſatis circa lucum Gramuntium Maio menſe cum flore conſpicitur.

LATHYRVS folio tenuiore floribus rubris I. B. anguſtiſſimo ſive capillaceo folio B. *Prodr.* quà itur Monſpelio Frontignanum, reperit in locis ſiccis & ſylveſtribus menſe Aprili florentem I. B. vidimus nos in plurimis ſatis ſiccioribus.

LATHYRVS latifolius PIN. Narbonenſis latiore folio AD. Clymenum MATTH. reperit verno tempore in itinere verſus *Perauls*, in ſepibus I. B. in ſepibus etiam vinearum circa Gramuntium, Salenovam, & *la Colombiere* abundat.

LATHYRVS major Narbonenſis anguſtifolius I. B. Monſpelij vidit I. B. & nos in iiſdem ferè locis cum ſuperiori obſervavimus.

LATHYRVS luteus ſylveſtris dumetorum I. B. ſylveſtris luteus foliis viciæ PIN. rectè in pratis Monſpelij obſervâſſe refert I. B. in pratis namque Lateræ, & Salenovæ frequentiſſimè occurrit.

LATHYRVS arvenſis tuberoſus repens PIN. pſeudapios MATTH. cum flore ſæpiùs legimus in arvis inter pontem Laterenſem, & Lateram ſitis.

LAVENDVLA latifolia PIN. pſeudonardus, vulgò ſpica I. B. veſtiuntur plerique montes in Gallia Narbonenſi, & campi deſerti lavendulâ Iunio, Iulio, ac etiam autumno florente, ut rectè annotavit I. B. Calida & ſicca ordine tertio cenſetur, & in affectibus capitis ab humore frigido

Digitized by Google

oriundis, utilis. Semen in partu difficili commendatur à Lob. *in Obſ.*

Lavreola ſemper virens flore viridi, quibuſdam Laureola mas Pin. oritur in umbroſis ſaxoſis montis *Capouladou*, verſus *las Cambrettes*. Calida eſt & ſicca ad quartum gradum; folia cauſtica ſunt.

Lavrvs vulgaris Pin. ſpontè naſcentem aliquando invenimus prope pontem Caſtrinovi, iuxta Ledum amnem; & in rupium fiſſuris montis Lupi quâ parte Septentrionem ſpectat. In hortis duæ præcipuæ obſervantur differentiæ, mas ſcilicet baccas proferens vulgò *Baguier*, & fœmina quæ ſolùm flores producit, & dicitur ſimpliciter *Laurier*. Victoriæ ſymbolum erat laurus, quâ triumphantes coronabantur. Siccat & vehementer calefacit; folia adduntur in enematum decoctionibus ad colicum dolorem, oleum in doloribus aurium, & in affectibus nervoſis uſurpatur.

Lavrvs ſylveſtris corni fœminæ foliis ſubhirſutis Pin. Laurus tinus cæruleâ baccâ Ad. in Valena ſylva, & pleriſque in locis montis Ceti inter cocciferas ilices plurimam provenire rectè obſervavit Lob. *in Ad.*

Lens vulgaris Pin. Aprili Monſpelii florere dicit I. B. ſparſim in ſatis conſpicitur. Lentes culinis potiùs quàm Medicinæ inſerviunt. Arabes in Variolarum curatione decoctum commendant.

Lenticvla paluſtris vulgaris Pin. aquarum lentè decurrentium ſuperficiem æſtate & autumno occupat. Frigida eſt, inflammationi-

Digitized by Google

bus, ignibus ſacris, & arthritidi à cauſâ calida ortæ, exteriùs admota convenit.

Lentiscus vulgaris Pin. huius feraciſſimam eſſe univerſam Narbonenſem Galliam dicunt Ad. Lugd. & I.B. in ſterilibus locis, vulgò *Garrigues*, eam toto anno paſſim videre licet, perpetuâ etenim fronde viret; foliis ludit modò latioribus, & modò anguſtioribus, quæ lentiſcus Maſſilienſis anguſtifolia Hort. Reg. Paris. vulgò *Raſtencle*. Aſtringit, & exſiccat ordine ſecundo, & in caliditate moderata eſt. Maſtichen è Lentiſco præſtantiſſimam in Inſula Chio colligunt. Curavit Damocrates Medicus, Plinio referente, filiam quandam pro incurabili habitam, quam Dalech. vel phthiſi, vel immodico ſanguinis fluxu detentam arbitratus eſt, lacte caprarum quas Lentiſco paſcebat. Dentiſcalpia optima ex eius ligno parantur.

Lepidium latifolium Pin. iuxta rivulum urbi vicinum, & Ledum amnem ſpontè oritur, quod etiam obſervavit I. B. Auguſto menſe floret; acre eſt, ita ut partes inflammare valeat.

Lepidium dentellaria dictum Pin. dentellaria Monſpelienſium Gesn. paſſim prope ſepes in agro Monſpelienſi fruticare rectè dicunt Ad. & Lugd. quod etiam obſervavit Septembri florens I. B. Calidum & acre eſt; radix ad dolores dentium commendatur: ideò dentellaria vocatum fuit.

Leucoium bulboſum maius, ſive multiflorum Pin. Leuconarciſſolirion pratenſe vernum Ad. in pratis, vel germinoſis depreſſis, atque

K v

Digitized by Google

lacunoſis ſcrobibus non procul Monſpelio, & Magalonâ, ad Lateranum dirutum caſtrum plurimum florere rectè notat Lob. *in Ad.* Iiſdem in pratis ſe eruiſſe narrat Clvs. quod etiam cum uno flore, rariùs cum duobus, inveniebat I. B.

Levcoivm luteum vulgare Pin. luteum, vulgò cheiri I. B. totâ hyeme Monſpelii florere teſtis eſt I. B. inter ſaxorum rimas Eccleſiæ Cathedralis divi Petri, & urbis muris fruticat. Tenuium eſt partium, menſes movet, ſecundinarum expulſionem provocat; oleum attenuat, digerit, dolores mitigat.

Levcoivm maritimum ſinuato folio Pin. maritimum maius Ad. in maritimis Narbonenſis Galliæ oriri, rectè notant Lob. *in Ad.* Clvs. & Lvgd. obſervavit etiam Monſpelii I. B. Aprili menſe florens.

Levcoivm maritimum anguſtifolium Pin. maritimum minus Ad. in iiſdem maritimis, cum maiori obſervârunt iam nominati Authores; abundat in maritimis vere, & æſtate florens.

Libanotis cachryophoros quibuſdam flore luteo I. B. elegantiſſimam hanc plantam copiosè invenimus ſecundùm fluvium *la Mauſſon*, eundo à ponte dicto *de ſaint Iean de Vedas*, ad pontem Villænovæ, ad dexteram, in elato colle prope molendinum dictum *la Tour*; Maio menſe floret. Panax aſclepium alterum addit Lvgd. libanotidi congener, quod in aſperis, & tumulis prope Monſpelium provenire dicit; nobis nondum viſum fuit.

Ligvstrvm diosc noſtras Ad. iuxta

rivulum fontis *Putanelle*, & in quamplurimis vinearum ſepibus vere floret. Aqua diſtillata oris ulcera ſanat, menſium immodicum fluxum coërcet.

LILIUM flore nutante ferrugineo I. B. vulgò *Martagon*. Maio menſe copioſè invenimus cum flore in umbroſis herbidis montis *Capouladou*, in loco dicto, *la côte de Sauvebelle*. Lilij albi virtutes obtinere dicunt.

LIMONIUM maritimum maius PIN. copioſum obſervavit I. B. juxta ſtagnum; in tota ora maritima æſtate & autumno floret. Limonij ſemen cum vino, cœliacis & dyſentericis dari docuit GAL.

LIMONIUM maritimum minus oleæ-folium PIN. Narbonenſe oleæ folio AD. inter ſalebroſa littora & rupes montis Ceti oriri tradunt AD. & LUGD. rectéque addit I.B. cum maiori permixtum reperiri.

LIMONIUM ſupinum reticulatum PAUL. BOCC. invenimus menſe Septembri cum flore prope pagum *Perauls*, in paludibus quæ ſunt prope locum dictum *lou boulidou*, permixtum erat cum Narbonenſi oleæ folio.

LIMONIUM parvum Bellidis minoris folio PIN. in maritimis verſus *Perauls*, & Magalonam, cum aliis etiam permixtum naſcitur.

LIMONIUM maritimum minus foliolis cordatis PIN. in maritimis parum ultra montem Cetium copioſum legimus: aliquando folia obtuſa non ſunt, nec cordata.

Digitized by Google

Limonium minus annuum bullatis foliis vel echioides



Frov

Digitized by Google

Limonium minus annuum bullatis foliis, vel echioides. Folia multò quàm in Bellide minora producit, plurimis extuberantiis exaſperata, ſubtùs rubra; cauliculum habet palmarem, in quo flores quinque foliis retuſis conſtantes pallidè purpurei ſunt, cum linea in medio intenſiùs purpureâ, radix parva quæ ſingulis annis perit. Oritur in maritimis montis Ceti, & in locis ſiccis ultra pontem Salenovæ ad dexteram, ac Junio menſe floret.

Linaria odorata Monſpeſſulana I. B. capillaceo folio odora Pin. Narbonenſis anguſtifolia odorata Lob. *Obſ.* Monſpelij reperiri dicunt I. B. & C. B. hic florum varietates rectè obſervavit, rectéque etiam dicit Lob. *in Obſ.* eam Monſpeliacis vinetis gaudere; ſiquidem in omnibus ferè vineis Auguſto & Septembri menſibus floret. Calida & ſicca eſt Linaria, ad aquas hydropicorum educendas commendatur.

Linaria arvenſis cærulea erecta B. *Prodr.* fortè odorata Monſpeſſulana minor cærulea I. B. in arvis montis Ceti ſe inveniſſe refert. C. B. *in Prodr.* nos etiam prope portum Cetium in arvis, Aprili & Maio menſe legimus.



Digitized by Google

LINARIA annua purpuro-violacea, calcaribus longis, foliis imis rotundioribus, minor cærulea *D. Peliſſeriј* LOB. *in Illuſtr.* deſcribitur à LOB. *in Illuſtr.* qui de florum calcaribus nihil dicit, quamvis longiores ſint, quàm in pleriſque aliis ſpeciebus, ſicut in noſtra figura videre eſt. In ſylva Gramuntiana copioſam inveniſſe ſubter tamariſcos inter gratiolam, refert LOB. *in Illuſt.* in herbidis ſatorum marginibus intra lucum Gramuntium ſitis, Maio menſe florentem vidimus.

LINARIA lutea parva annua I.B. ſecunda Moravica prima CLVS. *Hiſt.* in ſterilibus locis circa Boutonetum, Salenovam, *la Colombiere*, aliiſque Maio menſe floret; iſta erecta eſt.

LINARIA pumila ſupina lutea PIN. Hiſpanica quinta CLVS. *Hiſt.* in ſaxoſis montis Lupi, & montis *Capouladou* plurima oritur, & Iunio floret.

LINARIA montana floſculis albicantibus PIN. anonymos linifolia CLVS. æſtate & autumno cum flore viridi invenimus in ſterilibus locis circa Salenovam, & *la Colombiere*; at in monte *Capouladou* cum floribus albis.

LINARIA folioſo capitulo PIN. linoſyris nuperorum LOB. *Obſ.* non procul à mari quà Frontignano ad Thermas itur, erutam fuiſſe meminit LOB. *in Obſ.* Septembri menſe copioſè floret in loco dicto *la garrigue de Mommau*, & ad vinearum margines; parum aptè ſub linaria poſita fuit.

LINGVA CERVINA Officinarum PIN.

Scolopendria vulgaris Trag. in umbroſis rupibus ſub monte *Capouladou*, & in quibuſdam puteorum labris oritur. Ad obſtructiones hepatis, & lienis commendatur. Vtuntur plurimi aquâ in qua infuſa fuerit, in ſcirrho lienis.

Linvm anguſtifolium Lob. *Obſ.* cum ſativo fortè idem, niſi quia gracilius eſt; ut ipſe addit; in plurimis ſatorum, & pratorum marginibus occurrit, & à ſativo rectè diſtinguitur. Semen lini calefacit in primo gradu, digerit, emollit, maturat.

Linvm maritimum Pin. marinum luteum Narbonenſe Lob. *Obſ.* juxta prata, & littora herbida inter mare, & ſtagnum fruticare rectè dicit Lob. *in Ad.* invenimus nos copioſè in herbidis juxta rivulum dictum *riu coulon*, prope *la garrigue dau Tarral*. Auguſto menſe cum flore, at multò maius (quamvis non diverſum) in maritimis, ſicut optimè obſervaverat I.B.

Linvm ſylveſtre minus luteo flore Pin. pedale & erectum; iſtud vidimus in herbidis montis *Capouladou* juxta fluvium *Herau*, Iulio menſe florens; folia anguſtiſſima habet, flores veluti in umbella diſpoſitos luteos parvos; aliud invenimus palmare Iulio menſe in herbidis *à la garrigue de Perauls*, quod fortè Linum perpuſillum Lob. *Obſ.* at non diſtinguimus.

Linvm ſylveſtre anguſtifolium floribus dilutè purpuraſcentibus, vel carneis Pin. anguſtifolium album lineis in umbilico purpureis I.B. Aprili & Septembri menſibus florens Monſpeſſuli obſervaverat I.B. in ſterilibus ultra pontem

Salenovæ

Salenovæ ad dexteram, & ultra pontem Caſtrinovi ad lævam; in elatis herbidis vinearum marginibus oritur.

Linvm ſylveſtre floribus albis Lob. *Obſ.* ſylveſtre anguſtifolium flore magno Pin. in ſiccis agrorum marginibus & cautibus nonnunquam obvium eſſe ex Lob. *Obſ.* refert Lvgd. in via etiam quà Monſpelio Frontignanum itur, oriri dicit Lob. *in Obſ.* Iunio & Iulio menſibus copioſum reperimus cum flore in ſterilibus herbidis circa *ſant Martin*, verſus montem Lupi.

Linvm ſylveſtre anguſtifolium cæruleo amplo flore; ſylveſtre cæruleum folio acuto B. *Prodr.* in noſtro quamvis anguſta ſint folia, in baſi tamen latiora ſunt, & veluti in aculeatum mucronem deſinunt, ut rectè dicitur *in Prodr.* malè, ut arbitror, ſub latifolio poſitum *in Pin.* Variis in locis ſterilibus circa urbem Iunio menſe cum flore reperitur, ſed præcipuè in via quà itur *Grabels*, prope prædium dictum *la Tevilliere de Maſſanes.*

Linvm minimum, vel Alſine verna glabra, floſculis albis I.B. cuius figura illud optimè repræſentat, quod invenimus Iunio menſe cum flore in margine pratuli inter pontem Caſtrinovi, & lucum Gramuntium ſiti.

UNIV. GENT

Digitized by Google

Linum minimum stellatum B. prodr



Digitized by Google

LINVM minimum ſtellatum B. *Prodr. Tota plantula*, inquit C. B. *duarum, rariùs trium unciarum eſt, radiculâ capilli inſtar tenui albicante, cauliculo uno vel altero tenuiſſimo, foliolis brevibus, in exquiſitiſſimum apicem deſinentibus, inter quæ floſculi parvi pallidè virentes, ſtellati, ex quinque radiolis, exiguum circulum veluti umbonem cingentibus, compoſiti.* Hæc ille. Figuram ſculpendam curavimus. Monſpeſſuli in Gramuntio, & Boutoneto provenire rectè obſervavit; in quibus locis, & in aliis plurimis vere florens invenimus.

LINVM ſylveſtre luteum foliis ſubrotundis PIN. campanula lutea linifolia AD. in devexis locis montis Lupi, quà ad Septentrionem vergit, invenerat LOB. *in Ad.* ubi nos ſæpiùs invenimus, & latioribus foliis in devexis umbroſis montis *Capouladou* Junio menſe cum flore.

LITHOSPERMVM, ſive milium ſolis I. B. maius erectum PIN. in locis umbroſis prope pontem Salenovæ, cum ſequenti obſervaverat LOB. *in Ad.* in umbroſis etiam circa pontem Caſtrinovi, & circa Lateram, & in multis vinearum marginibus copioſè naſcitur. Craſſos humores, & arenulas in renibus contentas expellit.

LITHOSPERMVM repens maius CLVS. maius DOD. flore purpureo, ſemine Anchuſæ I. B. cuius figura tranſpoſita eſt; circa pontem *Caſtelneuf*, vere florens, inter dumeta reperit I. B. & prope pontem Salenovæ abundare rectè notat LOB. *in Ad.* quo in loco etiam, & in

Digitized by Google

monte Lupi reperiri Lithoſpermum cæruleum *D. Pelliſſerij* tradit *in Illuſtr.* ab iſto diverſum, quòd ſurculos rectos emittat. Addit C.B. *in Append. Phytop.* Lithoſpermum minus repens anguſtiſſimo folio, quod Monſpelio allatum habuit, nobis nondum viſum.

Lithospermvm nigrum quibuſdam flore albo, ſemine echij I. B. vulgò dicitur Lithoſpermum minus, vere Monſpelij florere dicit I. B. in ſatis paſſim oritur.

Lithospermvm Linariæ folio Germanicum Pin. Paſſerina Trag. in vervactis, & ſatis ſabuloſis circa pontem Caſtrinovi, & pontem Iuvenalem autumno reperitur.

Lithospermvm linariæ folio Monſpeliacum Pin. Paſſerina linariæ folio Ad. ex agro Monſpelienſi oriundum habuêre Lob. *in Obſ.* C.B. & I. B. in ſquallidis locis *garrigues* dictis, & circa patibulum viâ pontis Caſtrinovi totâ æſtate floret; rectiùs linum foliis aſperis umbellatum luteum vocaretur.

Lotvs corniculata glabra, & hirſuta minor I. B. cuius prima figura tranſpoſita eſt. Iuxta hortorum muros glabram invenimus, cum floribus luteis & ſubviridibus: in maritimis autem leviter hirſutam cum floribus luteis, æſtate floret. Trifoliorum virtutes habet.

Lotvs pentaphyllos fruteſcens tenuiſſimis glabris foliis Pin. Monſpelio habuiſſe refert C.B. *in Prodr.* quam non vidimus.

Lotvs pentaphyllos minor hirſutus ſiliquâ anguſtiſſimâ Pin. corniculata, ſiliquis ſingulari-

bus, vel binis, tenuis I.B. Monſpelij in ſylvulis, & pratis verſus montem Lupi oriri refert C.B. *in Prodr.* invenimus Auguſto menſe cum flore & ſiliquis circa lucum Gramuntium.

Lotus pentaphyllos maior, hirſutie candicans Pin. an noſtrum intelligat, quem Maio menſe cum flore invenimus, prope *Piquet* juxta viam. Radicem habet craſſam è qua plurimæ virgulæ pedales, & maiores producuntur, partim erectæ, partim procumbentes: folia ſunt ut in hirſuto minore, ſed maiora & latiora, flores lutei ſimiliter in orbem congeſti, tota planta hirſutie albicat.

Lotus pratenſis ſiliquoſa lutea Pin. trifolia pratenſis ſiliquoſa Monſpelienſium Ad. & Clus. ſiliquoſa lutea Monſpelienſium I.B. in multis locis Monſpelienſis agri, & declivibus Lano Gramuntiæque ſylvæ interiectis humilem ſiliquatámque lotum inter ariſtolochias, ſcordium, & narciſſos repere dicit Lob. *in Ad.* & Aprili & Maio menſibus in pratis vidit I. B. in pratis Lateræ paſſim reperitur.

Lotus maritima lutea ſiliquoſa, folio pingui glabro, diſtinguitur à pratenſi luteâ ſiliquoſâ, quòd folia habeat glabra, pinguia, & craſſa, ſiliquas etiam anguſtiores: in utraque radix magna eſt, quæ tuberum habet odorem, in toto tractu maritimo in herbidis, præcipuè circa ſtagnum, inter juncos oritur.

Lotus pentaphyllos ſiliquoſus villoſus Pin. trifolium hæmorrhoidale Lob. *in Illuſtr.* oxytriphyllum alterum Scribonij Herbariorum

Lob. *in Ad.* Monſpelij abundare juxta Gramuntiam ſylvam dicit Lob. *in Ad.* & in ſylva *Rouquet* creſcere refert *in Illuſtr.* in locis ſterilibus vulgò *garrigues*, copiosè reperitur cum floribus albis, in Valena ſylva prope *Caravettes*, bicubitalem, & tricubitalem cum floribus ex albo rubentibus, Maio menſe obſervavimus.

Lotvs ſiliquoſus glaber flore rotundo Pin. Lybica Dalech. Lvgd. trifolium rectum Monſpeſſulanum I. B. ad lævam pontis Iuvenalis quà ad Gramuntiam ſylvam iter eſt, ad Ledi fluminis ripam obſervavit Clvs. quem oxytriphylli genus facit; ad eandem ripam annotatum eſt *in Hiſt.* Lvgd. abundat juxta Ledum amnem, & copiosè floret Iulio & Auguſto menſibus.

Lotus pentaphyllos Veſicaria Pin. trifolium veſicarium Monſpelienſium Clvs. *Hiſt.* in nudis & petroſis quibuſdam collibus Monſpelij cum hyacintho autumnali eruebat olim Clvs. in elatis vinearum ſepibus ultra Salenovam ad dexteram Maio menſe cum flore legimus.

Loto affinis vulneraria pratenſis Pin. anthyllis leguminoſa Belgarum Lob. *Obſ.* in declivibus montis *Capouladou* aliquando occurrit.

Loto affinis hirſuta flore ſubrubente Pin. anthyllis leguminoſa flore purpuraſcente Clvs. in ſterilibus locis *la Colombiere*, & Salenovæ prope *Foncaude*, & in monte *Capouladou* ſæpiùs vidimus, aliquando etiam cum floribus albis.

LOTVS arbor AD. fructu Ceraſi PIN. Loti multæ arbores, inquit LOB. *in Ad.* in Gallia Narbonenſi miræ & ſpectandæ proceritatis occurrunt, præſertim loco non procul Monſpelio, cui *Boutonet* nomen eſt, paſſim juxta vias conſpicitur, vulgò *Micacoulier*: fructus aſtringit, & dyſentericis, ac mulieribus albo fluxu laborantibus prodeſt.

LVPINVS ſylveſtris purpureo flore, ſemine rotundo vario I.B. flore cæruleo CLVS. ſpontè natum obſervabat CLVS. ultra flumen Ledum; in ſatis etiam ac cultis Gramuntio luco circumjectis occurrere teſtatur LOB. *in Ad.* Cubitalis altitudinis ſæpiùs invenimus Maio menſe cum flore in ſatis inter pontem Caſtrinovi, & lucum Gramuntium ſitis. Valentiùs exſiccant & calefaciunt Lupini ſylveſtres, quàm ſativi, ideò magis abſtergunt, aperiunt, digerunt, ac reſolvunt.

LVPINVS flore purpuraſcente, latifolius hirſutus C.B. *in Matth.* in luco Gramuntio provenire dicit; invenimus nos in ſatis in luco Gramuntio ſitis, & in aliis circumpoſitis.

LVPINVS luteo flore, ſemine compreſſo vario I.B. Monſpelio *Cherl.* attulit, inquit I.B. atque ita confirmat authoritatem LOB. ſcribentis; *Monſpelij in ſatis, & cultis viſitur lupinus floribus luteis.*

LVPVLVS, mas & fœmina I.B. juxta Ledum amnem abundat, cuius turiones primo vere deferuntur, & in aqua cocti, cum oleo, aceto, ſale, & pipere in acetaria veniunt, vulgò

Digitized by Google

houblons, & *auberons*. Temperatum plurimi lupulum ſtatuunt, ad hepatis, & lienis obſtructiones reſerandas commendatur.

Lvteola herba ſalicis folio Pin. Maio menſe Monſpelij florere notat I.B. ſparſim circa urbem in ſatorum foſſis oritur. Magni uſûs eſt tinctoribus ad colorem fulvum, aureúmve pannis conciliandum.

Lychnis ſylveſtris alba ſimplex Pin, ocymoides album multis I. B. obſervavit Monſpelii I. B. in ſatorum marginibus copioſè oritur, & vulgò been album dicitur.

Lychnis ſylveſtris quæ been album vulgò Pin. papaver ſpumeum, behen album Monſpelienſium Lob. *Obſ.* in ſatis paſſim repit; reperitur cum floribus dilutè purpureis circa Boutonetum: dum novella eſt planta à plurimis editur, vulgò *Caulichons*.

Lychnis montana viſcoſa alba latifolia Pin. Polemonium petræum Gesn. I. B. in luco Gramuntio, ſterilibus etiam, vulgò *Garrigues*, & in vinearum ſepibus æſtate & autumno floret.

Lychnis viſcoſa flore muſcoſo Pin. ſeſamoïdes magnum Salmanticum Clvs. in via quà Monſpelio Frontignanum itur, reperiri dicit Lob. *in Ad.* Seminiferam, & ſterilem variis in locis obſervavimus; ut in incultis inter pontem Caſtrinovi, & lucum Gramuntium; in ſaxoſis etiam prope prædium dictum *lou Mas de las Boſſes*, & alibi.

Lychnis ſegetum major Pin. pſeudome-

Digitized by Google

lanthium MATTH. inter ſegetes Monſpelij Aprili & Maio menſibus florere rectè obſervavit I. B. ſemen tritico permiſcetur, & dicitur vulgò *Anièle*. Calidam & ſiccam primo ordine vult. DOD.

LYCHNIS ſegetum rubra, foliis perfoliatæ PIN. Vaccaria DOD. in ſatis etiam Maio menſe copiosè floret: vidimus ſæpiùs cum floribus albis.

LYCHNIS viſcoſa purpurea latifolia lævis PIN. Alſinem purpuream vocat LVGD. quam in agris pinguibus prope Monſpelium naſci tradit; eam ſolummodò ſpontaneam invenimus ſub caſtaneis, circa *Sumenes*, Junio & Julio menſibus florentem.

LYCHNIS ſylveſtris viſcoſa rubra altera PIN. Muſcipula AD. Maio menſe florentem ſæpiùs vidimus in ſatis circa urbem; iſta ſine dubio eſt, quam Lychnidem anguſtifoliam Monſpelienſium vocant in HORT. REG. PARIS.

LYCHNIS ſylveſtris latifolia caliculis turgidis ſtriatis PIN. copiosè oritur in ſatis ſabuloſis inter Boutonetum, & pontem Caſtrinovi ſitis, & Maio menſe floret, juxta viam pontis Caſtrinovi minorem invenimus; à *Cherlero* etiam in eo loco repertam, ut dicit I. B. anguſtioribus foliis, & flore albeſcente; quæ Lychnis ſylveſtris anguſtifolia caliculis turgidis ſtriatis PIN. & tantùm variatio cenſeri debet.

LYCHNIS ſylveſtris lanuginoſa minor PIN. in ſatis intra lucum Gramuntium ſitis, & in aliis plurimis Maio menſe cum flore reperitur.

L V

U. B. GENT

Digitized by Google

Lychnis Silvestris alba Spica reflexa



Troy

Digitized by Google

Lychnis ſylveſtris albâ ſpicâ reflexâ. Radix alba eſt fibroſa, è qua cauliculus oritur, aliquando duo, ut in noſtra figura videre eſt, ſeſquipalmaris, folia circa radicem per terram ſparſa Bellidi minori ſimilia ſunt, piloſa; quæ verò ad ſingulos cauliculi geniculos bina opponuntur, anguſta, & oblonga ſunt; in caulis ſummo oritur florum ſpica, quæ initio, caudæ ſcorpij modo recurva eſt, ſenſim tamen poſt floris lapſum erigitur, & utriculos producit aliarum Lychnidum more; flos quinque foliis albidis profundè bifidis conſtat, quæ cùm marceſcere incipiunt, intrò recurvantur. Planta annua eſt, illius ſemen à pluribus annis amicis communicavimus, ſicut alia quamplurima, eámque Hort. Reg. Paris. vocavit Lychnidem ſylveſtrem alteram Monſpelienſium ſpicâ reflexâ.

Lychnis ſylveſtris minima flore muſcoſo, in luco Gramuntio nobis occurrit Julio & Auguſto menſibus; annua hæc lychnidis ſpecies quam in horto per plures annos colui, primo vere folia producit caryophylli ſylveſtris proliferi æmula, caulis eſt pedalis, tenuis, in alios tenuiſſimos ſubdiviſus, in quorum ſummitate capitula producuntur, ex quibus tantùm ſtamina viridia cum apicibus, ſicut in viſcoſo flore muſcoſo, emergunt; ſemen parvum fuſcum; viſcida eſt planta.

Lychnis minima rigida *Cherler.* I.B. ſylveſtris minima exiguo flore Pin. prope Boutonetum reperiri, & Centaurium minimum vocari, teſtatur C.B. *in Prodr.* ubi nos invenimus, &

in aliis plurimis ſterilibus vere cum flore.

LYCHNIS Alpina, vel ocymoïdes repens montanum PIN. ocymoïdes polygoni folio AD. ſaponaria minor I. B. maximâ copiâ reperitur in ſylva Valena, quà itur *Viols*, in monte *Capouladou*, & in herbidis ſaxoſis montis Lupi, in quibus locis Maio & Iunio menſibus copioſè floret.

LYCIUM Gallicum I. B. paliurus alter peregrinus AD. non procul Monſpelio, quà itur ad Lani ſcaturiginem ſecus ripam, & prope viam multum creſcere dicit LOB. *in Ad.* Cum floribus luteis copioſis Maio menſe invenimus in Valena ſylva, quà itur ad pagum *Viols*, & in quibuſdam vinearum marginibus, ultra Salenovam ad lævam.

LYCOPSIS. Vide *Echium*.

LYSIMACHIA lutea maior quæ DIOSC. PIN. Monſpeſſuli obſervavit I. B. cuius figura tranſpoſita eſt; cum foliis binis, ternis, & quaternis juxta Ledum amnem, Julio & Auguſto menſibus florentem copioſè invenimus. Vulnerariam eſſe dicunt.

LYSIMACHIA hirſuta ſiliquoſa magno flore PIN. iiſdem in locis cum priore oritur, & eodem tempore floret.

LYSIMACHIA ſiliquoſa glabra minor PIN. in umbroſis & humidis vinearum foſſis copioſè reperitur: dum tenera eſt planta, ad acetaria inſervit.

LYSIMACHIA purpurea ſpicata PIN. non minori copiâ juxta Ledum amnem viſitur, eámque Monſpelij obſervaverat I. B.

Digitized by Google

M

MALVA ſylveſtris folio rotundo PIN.
MALVA ſylveſtris folio ſinuato PIN. paſſim juxta vias, & hortorum muros creſcit malva, in foliis & floribus multùm varians; folia habet, modò magis, modò minùs laciniata & ſinuata; in floribus non minor varietas apparet, qui aliquando roſei, aliàs carnei, & albi videntur. Omnimorbiam dixére Veteres, quòd ſuccus quotidie ſumptus, omnes morbos fugare crederetur: humida eſt malva, calore miti temperata, in omni emollienti decoctione veluti baſis ponitur.

MALVS cotonea ſylveſtris PIN. circa Bouſonetum, & aliis plurimis in locis vinearum ſepimentis inſervit. Maximo eſt in uſu fructus cum melle, aut ſaccharo condîtus, ad ventriculum roborandum, & alvi fluxum ſiſtendum, quod meliùs adhuc præſtat rob Cydoniorum.

MALVS punica ſylveſtris PIN. rectè I. B. Monſpelij in ſepibus provenire dicit, eâ ſiquidem utimur etiam pro vinearum ſepimentis. Refrigerat & exſiccat fructus, diverſo tamen modo; minùs refrigerant dulces, acidæ valentiùs; vinoſæ quas vulgò *muſſenques* vocamus, medio modo ſe habent. Flos plenus qui ſterilis eſt, balauſtium vulgò dicitur, cortex autem

mali punicæ malicorium, uterque potenter aſtringit.

MARRVBIVM nigrum fœtidum, *Balotte* DIOSC. PIN. paſſim Monſpelij intuebatur I. B. Martio & Maio florens; juxta vias in ſepibus ubique occurrit: adverſus canis morſus efficax eſſe dicit DIOSC. & ad purganda ulcera ſordida.

MARRVBIVM nigrum longifolium PIN. ſideritis Monſpelienſium LVGD. Parietaria Monſpelienſium CORD. & LOB. *Obſ.* herba venti Monſpelienſium GESN. HORT. AD. LVGD. & I. B. prope Monſpelium, & *Caſtelneuf*, Aprili, Maio & Iunio florens conſpexit I. B. abundat in herbidis ſatorum marginibus ſecus Ledum amnem, & plurimis aliis in locis prope pontem Villænovæ, invenimus cum floribus albis.

MARRVBIVM album vulgare PIN. vulgò praſſium album; Monſpelij paſſim oriri rectè notavit I. B. calidum ſecundo gradu, ſiccum tertio cenſetur; datur ſyrupus de praſſio aſthmaticis, & tuſſientibus.

MARRVBIVM album villoſum B. *Prodr.* invenimus iſtud in Inſula Magalonæ.

MARRVBIVM paluſtre glabrum PIN. vulgò ſideritis aquatica, in omnibus rivulis circa urbem abundat, & Auguſto floret.

MARRUBIUM paluſtre hirſutum PIN. in pratis, & humidis foſſis juxta ſylvulam antri Frontignanenſis, viâ Miræ vallis plurimum oritur.

MELAMPYRVM purpuraſcente comâ PIN.

Digitized by Google

in ſatis circa urbem nobis aliquando occurrit.

Melilotvs Officinarum luteo flore Pin. in ſatis, & ſatorum marginibus floret æſtate. Calida eſt in primo gradu, tumores reſolvit, colicos dolores mitigat.

Melilotvs maior candida Trag. copioſè reperitur circa urbem in plurimis ſatis.

Melilotvs anguſtifolia repens folliculis rotundis Pin. palmarem invenimus in ſaxoſis *la Colombiere*, primo vere, aliquando verò majorem; rectè à figura I.B. repræſentatur, quam habet nomine meliloto vulgari affinis, folio minore & rotundiore.

Melissa Dod. hortenſis Pin. in herbidis umbroſis Valenæ ſylvæ circa *Caravettes* legimus, & in aliis quibuſdam herbidis humentibus. Calida eſt & ſicca ſecundo ordine, cor mirè recreat quocunque modo ſumatur, epilepticos juvat, menſes movet.

Mentha aquatica, ſive ſiſymbrium I.B. rotundifolia paluſtris maior Pin. copioſè reperitur ſecus Ledum amnem; alia ferè glabra eſt, alià verò tota hirſuta.

Mentha ſylveſtris rotundiori folio Pin. menthaſtrum folio rugoſo ſpontaneum ſpicatum odore gravi I.B. vidit ſecus aquas Monſpelij I.B. in humidis omnibus locis paſſim repit Augusto florens; ob gravem odorem non eſt in uſu. In prato prope pontem *ſant Corme* juxta fluviolum reperi cum floribus purpureis, & ſpicâ maiori. Quæ

Mentha ſylveſtris rotundiore folio, pur-

purco flore; an Menthaſtrum flore dilutè purpureo CAM. quæ varietas eſt prioris.

MENTHA ſylveſtris longiore folio PIN. Menthaſtrum ſpicatum, folio longiore candicante I. B. ſub monte *Capouladou*, juxta fluvium *Herau*, prope fontem dictum *la fon de Portes*, collegimus.

MENTHA cataria vulgaris & maior PIN. Nepeta vulgaris TRAG. in herbidis umbroſis circa Lateran, & juxta rivulum urbi vicinum abundat. Calefacit & attenuat; eximiâ vi pollere dicunt ad conceptus facilitandos, dum obſtat frigidorum humorum abundantia.

MERCVRIALIS teſticulata, ſive mas PIN.

MERCVRIALIS ſpicata, ſive fœmina PIN. ambæ ſimul permixtæ in ſatis circa urbem, & in ipſis etiam urbis foſſis copiosè proveniunt. Ad caliditatem & ſiccitatem declinat mercurialis; vi nitroſâ emollientium actionem juvat; vulgaris eius uſus in enematum decoctionibus; parvam & unciam vix ſuperantem Monſpeſſuli in locis ſterilibus reperit C. B. ut teſtatur in PIN. & nos etiam in plurimis rupibus umbroſis Maio menſe obſervavimus.

MERCVRIALIS montana ſpicata PIN. in declivibus umbroſis montis *Capouladou* plurima oritur.

MESPILVS apij folio ſylveſtris non ſpinoſa, ſive ſorbus torminalis PIN. familiarem in Valena ſylva rectè dicit LOB. *in Ad.* ubi nos ſæpiùs vidimus.

MESPILVS apij folio laciniato PIN. Meſpilus

Digitized by Google

lus aronia, Monſpelienſibus *pommets*, Lob. *Obſ.* ſpontè oriri in ſylva Valena, rectè refert Lob. *in Ad.* ex vicinis pagis Septembri menſe fructus copioſè deferuntur, qui ſaccharo condîti ſtomacho grati ſunt, alvúmque conſtringunt.

Mespilvs apij folio ſylveſtris ſpinoſa, ſive oxyacantha Pin. vinearum hæc eſt firmiſſimum ſepimentum, vulgò *pommettes de Paradis*.

Milivm ſemine luteo, & albo Pin. ſeritur multis in locis circa urbem. Milio toſto & ſale ſacculis incluſis utuntur, ad dolores capitis à cauſa frigida mitigandos, & ad hydropicorum aquas exſiccandas, ut loquitur Simon Pavli.

Millefolivm vulgare album Pin. Millefolium ſtratiotes pennatum terreſtre I. B. ſpontè natum florens adhuc Septembri Monſpelij obſervabat I. B. in herbidis ſatorum, & pratorum marginibus circa Lateram oritur. Eximij eſt usûs ad profluentem ſanguinem ſiſtendum, & ad ulcera, ac fiſtulas. Ptiſana ex floribus parata pro potu ordinario ſumpta, alba uteri profluvia curat.

Millefolivm odoratum minus Monſpelienſium Hort. reg. bles. multò minus eſt quàm vulgare, foliis caneſcentibus, odorémque habet ſuavem & aromaticum. Plurimis in locis herbidis repit, ut prope pontem Villænovæ, & alibi.

Millefolivm aquaticum foliis abrotani,

Digitized by Google

ranunculi flore & capitulo Pin. Maratriphyllon tertium, flore & ſemine ranunculi aquatici, hepaticæ facie Lob. *Ic.* in aquis ſtagnantibus circa Lateram, & juxta Ledum amnem paſſim floret.

Millefolium maratriphyllon fluitans ranunculo, ſive polyanthemo aquatili albo affine I. B. Millefolium aquaticum foliis fœniculi, ranunculi flore, & capitulo Pin. ſub monte *Capouladou* in ipſo fluvio *Herau* dicto, Julio menſe florens vidimus.

Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum Pin. in Ledo amne copioſè oritur.

Millefolium aquaticum floſculis ad foliorum nodos Pin. aquaticum minus Clus. in herbidis aquaticis prope fontes Lani amnis Julio menſe florens collegimus.

Morsus diaboli. Vide *Succiſa.*

Morus fructu albo parvo.

Morus fructu nigro parvo. Utraque ſpecies in ſatis colitur ad bombyces alendos. Habemus etiam in hortis morum fructu maiore nigro Pin. Matura mora, humida ſunt in caliditate temperata, alvum ſubducunt, ſed facilè corrumpuntur in ventriculo pravis humoribus referto: ex ſemimaturis ſyrupus conficitur, ad faucium inflammationes, & ulcera utilis.

Muscus vulgatiſſimus terreſtris & hortenſis I. B. aſpergine madentibus ſaxis, & terræ humidiori innaſcitur, & vulgatiſſimus eſt. Eo Empirici ad ſiſtendum ſanguinem uti refert I. B. Refrigerat & aſtringit.

Muscus denticulatus minor Pin. terreſtris

Digitized by Google

repens C l v s. *Hiſt.* in luco Gramuntio inter lapides oritur, & ultra pontem Caſtrinovi in rupibus umbroſis.

M v s c v s filicinus major P i n. in umbroſis & humentibus vinearum ſepibus lapillis adhærentem collegimus.

M v s c v s capillaris D o d. Polytrichum aureum medium P i n. in luco Gramuntio ſub arboribus copioſè reperitur.

M v s c v s capillaris altera ſpecies minor D o d. Polytrichum aureum minus P i n. in hortorum muris humidioribus oritur.

M v s c v s terreſtris coralloides erectus, cornibus rufeſcentibus P i n. cum aliis muſcis permixtum in luco Gramuntio pulcherrimum iſtum collegimus.

M v s c v s pulmonarius P i n. Pulmonaria M a t t h. in umbroſis ſaxis Ledi amnis, & fluvij *Herau*, & in antiquis quercuũ truncis vidimus. Iſto ad aſthma, & tuſſim utuntur Practici.

M v s c v s ſaxatilis, ſive lichen petræus latifolius, & hepatica fontana P i n. ſepium umbroſarum ſaxis adhæret, & plurimorum puteorum labris. Frigidum & humidum cenſet T r a g. vitiis etiam pulmonum, & jecoris mederi, ac inflammationes ſedare putat.

M v s c v s cruſtæ modo arboribus innaſcens P i n. ilicibus, & ſaxis ſylvæ Valenæ, & Gramuntianæ innaſcitur, coloris cinericij.

M v s c v s arboreus, uſnea Officinarum P i n. in annoſis quercubus, & ilicibus Valenæ ſylvæ oritur, unde Pharmacopœis defertur, pulvis

Digitized by Google

enim muſci arborei baſis eſt pulveris cyprij, & vulgò dicitur *Corps de cypre gris*.

MVSCVS capillaceus longiſſimus PIN. in iiſdem arboribus, & in iiſdem locis reperitur.

MVSCVS marinus tenui capillo, Corallinæ affinis I.B. maritimus capillaceus multifido folio albidus PIN. in littore maris paſſim eiectum vidimus album, & rubrum.

MVSCVS maritimus lactucæ folio PIN. lactuca marina I.B. in ſtagno lapidibus adhærentem copioſè collegimus: dum ab aquis extrahitur viridis eſt, ſed calore ſolis ſiccatus albeſcit.

MVSCVS fugax membranaceus pinguis: ſtatim poſt pluvias oritur iſte muſcus in herbidis ſatorum marginibus, in iis præcipuè quæ orientem ſolem ſpectant, ſed citò exſiccatur, ideò fugacem dixi. Membranaceus eſt, & pinguis, & ferè ſemper convolutus reperitur; dum autem expanditur muſcum lactucæ folium refert, ſed multò pinguior eſt, pallidè virens, qui facillimè diſrumpitur. Mira de iſto narrant Chymici, quem modò ſolis florem, modò Lunæ ſputum vocant, aliiſque cæleſtibus nominibus decorant, & vegetabilis naturæ principium, ac radicem continere arbitrantur.

MYAGRVM ſativum PIN. Myagrum dictum Camelina I. B. Monſpelij in agris abundare vidit I. B. nos in ſatis ſabuloſis viâ pontis Caſtrinovi copioſum collegimus; oleum ex ſemine elicitur in quibuſdam locis ad lucernas.

MYAGRO affinis herba capitulis rotundis I. B. paſſim in ſatis etiam reperitur Maio & Iu-

Digitized by Google

nio menſibus cum flore, & capitulis.

Myrrhis ſylveſtris ſeminibus lævibus Pin. Cicutaria vulgaris I. B. in pratis circa Salenovam copiosè invenimus.

N

Napus ſativa Pin. Bunias, ſive Napus Ad. quamplurimis in locis ſeritur, ſpontaneam etiam in ſatis ſæpiùs vidimus: calida in ſecundo gradu, humida in primo cenſetur, in culinis maximi eſt uſus.

Narcissus albus magno odore, flore circulo pallido Pin. in pratis Lateræ copiosè reperitur, & paulò ſeriùs floret, quàm medioluteus.

Narcissus albus circulo purpureo Pin. Narbonenſium prata ſtellarum candore ornare dicit Lob. *in Ad.* in pratis etiam rectè annotavit I. B. cum priori permixtus in pratis Lateræ invenitur, occurrit nobis aliquando, ſed rarò flore pleno. Qui

Narcissus medio-purpureus multiplex Pin.

Narcissus albus circulo croceo polyanthos Pin. in pratis quibuſdam ad dexteram Lani amnis in loco dicto *en gramenet* elegantiſſimis floribus etiam ſtatim diſtinguitur.

Narcissus medio-luteus copioſo flore, odore gravi Pin. Donas Narbonenſium Lob. *IC.* nihil abundantius in pratis videre eſt,

Digitized by Google

Martio & Aprili menſibus cum flore, vulgò *piſſaulïech*; unum viderat Clvs. prope Villam-novam, cuius caulis decem & ſex flores ſuſtinebat. Narciſſi radix ex Gal. exſiccat & mirè glutinat, oleum florum narciſſi ad colicos dolores mitigandos commendatur.

Narcissvs medio-luteus, foliis florum longioribus, circulo patulo, cum aliis permixtus flore facile diſtinguitur, fortè narciſſus medioluteus maioribus floribus Pin.

Narcissvs flore ſulphureo medioluteus, odore gravi. Iſte etiam cum aliis oritur, & colore floris differt, à medio-luteo copioſo flore.

Narcissvs pleno flore latifolius albus, medioluteus Pin. rarò cum aliis invenitur, quia ſtatim ob venuſtatem in hortis tranſplantatur. Loquuntur Ad. de quodam Narciſſo totis floribus purpureis quem prope Lanum fluvium, non procul Monſpelio indicatum, diu & fruſtrà venati ſunt: neque etiam nos invenimus, nec talem inventum fuiſſe audivimus.

Narcissvs anguſtifolius albus minor B. *Prodr.* in ſaxoſis & montoſis non longè Monſpelio reperiri tradit C.B. Hunc nos Aprili menſe cum flore invenimus in ſterilibus collibus circa montem Lupi, & in monte Cetio.

Narcissvs juncifolius luteus minor Pin. vulgò *jonquilles*: in collibus plurimis circa urbem primo vere floret, in mõte *Capouladou*, & in ſylva Valena circa *Caravettes* palmarem invenimus cũ parvo flore luteo, odorem mellis ſpirantem.

Narcissvs maritimus Pin. Pancratium Monſpelienſe Gesn. in toto littore ab Aquis

Digitized by Google

marianis, uſque ad Narbonæ urbis maritima ſæpiùs viſum, & erutum, rectè teſtatur Lob. *in Ad.* Multis ſcillam parvam dici, & ad maris ripam abundare refert I. B. quem pancratium Monſpeſſulanum vocat. Monſpelij variare floribus albis, ſubluteis, & palleſcentibus dicit C. B. *in Pin.* Tempore Rondeletij ex eo trochiſci pro ſcilla ad theriacam parabantur, teſte Clvs. venenoſum eſſe ex Rondeletio probat I. B. exemplo duorum piſcatorum, quorum unus qui carnes cultro ſucco pancratij intincto ſecaverat, poſt paucos dies miſerè ſublatus eſt.

Nastvrtium aquaticũ ſupinum, ſiſymbriũ alterum, vel cardamine Dioſc. Pin. Monſpelij cum flore menſe Martio vidit I.B. in aquis juxta rivulum, & Ledum amnem paſſim oritur. Calidum & ſiccum eſt ſecũdo gradu; lienis, hepatiſque obſtructiones reſerat, calculoſis prodeſt, & ad ſcorbutum vice cochleariæ recipitur.

Nastvrtivm aquaticum minus Pin. cardamine quarta Dalech. Lugd. Monſpelij paſſim provenire, & ſiliquas Februario & Martio menſibus ferre, rectè notat I.B. & Cardaminen hirſutam flore purpureo inſcribit, meliùs flore albo poſuiſſet: in vineis & earum marginibus abundat. Ad acetaria utuntur plurimi.

Nastvrtivm pratenſe parvo flore Pin. in pratulo luci Gramuntij in quo creſcit gratiola, Junio menſe ſemel tantùm reperire contigit.

Nastvrtivm pumilum vernum Pin. in vineis & ſaxoſis locis ſupra Boutonetum, circa *Mommau*, *la Colombiere*, alibíque Februario, Martio, & Aprili menſibus copioſè floret.

U. B. GENT
Digitized by Google

nasturtium pumilum supinum vernum



Digitized by Google

NASTVRTIVM pumilum ſupinum vernum. A pumilo verno præcipuè diſtinguitur, quòd ramulos ſupinos habeat, diviſuras foliorum inæquales, & ultimum ac impar folium maius, flores & capſulæ eædem ſunt; invenimus in humidis verſus Lateram, & *Perauls*, quod in horto diu aluimus, & ſculpendum curavimus.

Digitized by Google



Digitized by Google

NASTVRTIVM minimum vernum, foliis tantùm circa radicem. In iſto foliola in orbem diſpoſita tantùm circa radicem oriuntur; leviter inciſa, quædam etiam ſine inciſuris, cauliculum unum, aliquandò duos producit, uncias duas altum, in cuius ſummitate floſculi albi ſunt, ex quibus capſulæ oriuntur ſicut in thlaſpi, pro plantæ paruitate ſatis magnæ, ut in figura patet. Primo vere floret in ingreſſu luci Gramuntij.

NEPETA. *Vide Mentha cataria.*

NIGELLA arvenſis cornuta PIN. Melanthium ſylveſtre DOD. in ſatorum, & vinearum marginibus Maio menſe cum flore paſſim reperitur, ſemen calidum & ſiccum in principio tertij gradus ſtatuitur, expectorationem juvat, menſes & urinas ciet; ad febres quartanas, ac quotidianas ſpecificè prodeſſe dicit SCHRODERVS.

NVMMVLARIA maior lutea PIN. in foſſis pratorum circa Lateram multa repit: frigida & ſicca cenſetur, vulneraria eſt, & dyſentericis, ac hæmoptoicis prodeſt.

NVMMVLARIA minor purpuraſcente flore PIN. in humidis prope Caſtelnovum provenire rectè notat C.B. *in Prodr.* in iiſdem humidis circa pontem Caſtrinovi Julio florentem invenimus, & in pratulo, viâ quà è ponte Caſtrinovi, itur ad lucum Gramuntium ad dexteram.

NVX juglans ſive regia vulgaris PIN. in vineis & ſatis paſſim viſitur, omnibúſque nota eſt, Nuces virides condiuntur ad ventriculum

Digitized by Google

roborandum; jülos nucum ſpecificè conferre hyſtericæ paſſioni non ſolùm ex Matthioli teſtimonio ſcimus, ſed plurimis experimentis confirmatum fuiſſe novimus.

Nymphæa alba maior Pin. in toto Ledo amne copioſè conſpicitur Julio & Auguſto menſibus florens. Radix refrigerat & ſiccat, flores & folia refrigerant & humectant, ſanguinem calidiorem & tenuiorem temperant, incraſſant, & ſomnum conciliant.

Nymphæa lutea maior Pin. iiſdem in aquis cum alba permixta reperitur.

Nymphæa alba minor Pin. in ſtagnantibus aquis circa Lateram æſtate ſæpiùs occurrit.

Nymphæa alba minima Pin. minor, ſive morſus ranæ I.B. qui figuram habet lenticulæ paluſtris, in iiſdem paludibus Lateræ circa canalem, vulgò dictum *la roubine*, Junio floret.

O

Ochrus folio integro capreolos emittente Pin. ochrus ſylveſtris, ſive Ervilia Ad. cicer oroboides Lob. *Obſ.* juxta vias in Linguagotia ſpontè reptare dicit Lob. *in Ad.* de quo dubitat I. B. quia fortè non obſervavit. Eum vidimus aliquoties, non quidem juxta vias, ſed in plurimis ſatis permixtum cum leguminibus.

Oenanthe, ſive Filipendula Monſpeſſulana apij folio I.B. florentem circa Monſpelium inter *Perauls*, & lacum Junio menſe reperit I.B.

Digitized by Google

& rectiſſimè Lob. *in Ad.* Monſpelij prope pontem Cellænovæ & Magalonæ inter narciſſos atque circum Gramuntiam ſylvam oriri dicit. Filipendulæ vires habet.

Oenanthe paſtinacæ ſylveſtris folio, ſemine atriplicis Pin. œnanthes ſpecies altera Lugd. quam in aſperis agri Monſpelienſis gigni tradit, nobis nondum viſa fuit.

Oenanthe, ſive Filipendula aquatica I. B. apud nos capitulo maiore & hiſpidiore oriri notat C. B. *in Pin.* in pratis humidis, & pratorum foſſis reperitur, præcipuè circa Lateram.

Olea ſativa Pin. frequentiores ſpecies quæ fructu præcipuè diſtinguntur annotabimus.

Olea ſylveſtris Pin. ſecus vinearum margines ſine cultura paſſim iſta provenit, olivas omnium minimas ferens.

Oliva maior oblonga anguloſa, amygdali formâ, vulgò *amellau*, ad conditu ram maximè expetitur, ſuaviſſima enim eſt, & roſæ habet odorem.

Oliva media oblonga anguloſa, vulgò *oulivieire*, vulgariſſima iſta eſt.

Oliva media oblonga, fructu corni figurâ, vulgò *cornian*, in multis etiam olivetis viſitur; fructum habet oblongum magnitudinis ferè, & figuræ corni fructus.

Oliva minor oblonga; vulgò *pichouline*, in variis etiam locis iſta reperitur: in cibis multùm expetitur.

Oliva maior ſubrotunda, vulgò *ampoulau*, inter olivarum ſpecies iſta maxima eſt, & ad conditu ram præcipuè ſervatur.

Digitized by Google

OLIVA media rotunda viridior, vulgò *verdalle*, iſta ſimiliter ad condituram colligitur; cujus ſpecies reperitur, quæ albidior eſt, & vulgò *blancau* dicitur.

OLIVA media rotunda præcox; vulgò *mouvau*, citò matureſcit, & ab arbore cadit.

OLIVA minor rotunda racemoſa, vulgò *bouteillau*, in racemulos veluti congeſta eſt, unde nomen habuit.

OLIVA minor rotunda rubronigricans, vulgò *ſalierne*, non omninò nigra eſt, ſed rubrum colorem habet commixtum.

OLIVA minor rotunda, ex rubro & nigro variegata, vulgò *pigau*; aliæ plurimæ variis in locis naſcuntur, ſed iſtæ, tum ad oleum, tum ad condituram meliores cenſentur. *Perennes lucos denſiſſimos, & amæniſſimos olearum alunt tepidiores convalles Narbonæ*, ut ait LOB. *in Ad. ubi in Monſpelij vinetis duplicem perquam nobilem fundunt ſuccum, oleum ex bacca, & mel ſive elæomeli, quod ex tenellis ramis, & ſtipitibus olearum ſcalpello ſauciatis Novembri menſe, circa feſtum D. Catharinæ, in proximis vinetis emanare videbat, & colligebat.* Hæc LOB. Maturæ olivæ calidæ ſunt moderatè; immaturæ aſtringunt & refrigerant. Oleum calidum & humidum eſt, immaturum vulgò omphacium, adſtringit; amurca hydropicos & podagricos juvat. Olea ſymbolum eſt pacis, ab eo tempore quo columba poſt commune mortalium naufragium, ex area tertio die emiſſa, roſtro, olivæ ramum attulit, pacem à Deo humano generi redditam fuiſſe oſtendens.

Digitized by Google

Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato major Pin. polygalon Geſn. I.B. copioſè invenimus Junio & Julio menſibus cum flore in herbidis locis *à la garrigue dau Tarral*, & in herbidis ſterilibus circa *ſant-Martin*.

Onobrychis fructu echinato minor Pin. caput gallinaceum minus vocat C.B. *in Prodr.* in locis ſterilibus ultra pontem Salenovæ, & *au Tarral*, Junio menſe floret.

Onobrychis clypeata aſpera minor B. *Prodr.* polygalo *Geſn.* affine caput gallinaceum I.B. in campeſtribus locis via montis Lupi repertam, rectè notant C.B. & I.B. quam nos ſimiliter Iunio menſe florentem invenimus, juxta viam montis Lupi, inter *fontfrede*, & *las matelos*. Collegit aliam plantam *Cherl.* ut refert I.B. circa arcem Epiſcopi Monſpelienſis in locis incultis, aſperis, & ſaxoſis, quam Polygalum minus ſaxatile vocat: eam nondum invenire potuimus.

Ophioglossum vulgatum Pin. vulgò lingua ſerpentis dicitur; in pratis ſub Gramuntio ſitis abundat, & in plurimis etiam circa Lateram, ubi minus reperitur, quod ophiogloſſum minus ſubrotundo folio B. *Prodr.* in humidis circa Monſpelium inventum. Citra caliditatem exſiccat, ad recentia vulnera mirabilis eſſe virtutis, experientia ſæpiùs probavit.

Ophris bifolia Pin. Pſeudoorchis, ſeu bifolium Dod. collegimus in pratulo, ad dexteram ſito viæ, quà è ponte Caſtrinovi itur ad Gramuntium.

Digitized by Google

ORCHIS morio fœmina PIN. teſticulus morionis fœmina DOD. LVGD. in omnibus ferè Lateræ, & Salenovæ pratis vere abundat, cum floribus purpureis, roſeis, & albis. Calidæ cenſentur orchidum ſpecies, & frigidis ac maleficiatis utiles eſſe.

ORCHIS, cynoſorchis, & teſticulus canis maior, flore dilutè purpuraſcente, ſive incarnato CAM. Cynoſorchis latifolia ſpicâ compactâ PIN. in herbidis locis Valenæ ſylvæ, viâ quà itur ad pagum *Viols*, Maio menſe copioſè florentem collegimus.

ORCHIS Pannonica quarta CLVS. militaris pratenſis humilior PIN. iiſdem in locis, & eodem tempore florentem vidimus; quam orchidem Anthropophoram minorem variegatam vocabamus.

ORCHIS flore nudi hominis effigiem repræſentans fœmina PIN. Anthropophora oreades COLVM. memini me ab aliquot annis pulcherrimam hanc orchidis ſpeciem legiſſe in pratis cis pontem Salenovæ ad dexteram ſitis.

ORCHIS barbata fœtida I. B. teſticulus hirci DOD. variis in locis herbidis legimus, ut circa antrum Frontignanenſe, & circa *la Colombiere*.

ORCHIS odore hirci minor PIN. in pratis ſub Gramuntio ſitis plurima naſcitur, & Maio floret.

ORCHIS fucum referens, colore rubiginoſo PIN. non longè Monſpelio, in pratis à *Lattes*, cæruleis, punctatis albis, pallidis, purpureis,

variega

variegatis floribus, reperiri teſtatur C.B. *in Pin.* Nos etiam in herbidis ultra pontem Caſtrinovi Maio menſe florentem invenimus.

ORCHIS muſcam referens major PIN. in pratis inter pontem Caſtrinovi, & lucum Gramuntium ſitis, & in aliis plurimis herbidis locis oritur, & Maio floret.

ORCHIS muſcam referens minor PIN. copioſior iſta eſt in pratis ſub Gramuntio ſitis, aliiſque, eodem tempore floret.

ORCHIS muſcam referens lutea PIN. myodes lutea Narbonenſis LOB. *Obſ.* in æſtuoſis, & aridis ſterilibus declivibus inter ciſtum marem, & ilicem cocciferam prope ſpecum quæ redeunti Frontignanâ Monſpelium ad lævam eſt, etiámque in herbidis aridis Gramuntiæ ſylvæ, repertam dicit LOB. *in Obſ.* Variis in locis circa Salenovam, *lou Tarral*, & pontem Caſtrinovi Maio menſe invenimus.

ORCHIS palmata pratenſis PIN. pulchrè ornat iſta Laterenſia prata Maio menſe; in floris colore maxima varietas notatur.

ORCHIS palmata anguſtifolia minor, flore odoratiſſimo, B. *Prodr.* quam Monſpelij repertam fuiſſe dicit, eam nondum vidimus.

ORCHIS ſpiralis alba odorata I.B. teſticulus odoratus AD. in ſquallidis locis Narbonæ maritimis naſci refert LOB. *in Ad.* in herbidis locis ultra pontem Salenovæ, & circa lucum Gramuntium autumno florentem ſæpiùs vidimus. Figura I. B. malè pro iſta poſita fuit, nec enim folia, nec ſpiram repræſentat.

Digitized by Google

ORIGANVM vulgare ſpontaneum I.B. onites Gallo-Provinciæ majus AD. Monſpelij notiſſimum eſſe rectè dicit LOB. *in Ad.* & paſſim ſpontaneum Auguſto menſe cum flore I.B. in omnibus enim ferè herbidis ſatorum marginibus occurrit. Calidum & ſiccum tertio ordine, ac cephalicum eſt, in obſtructionſbus etiam hepatis, pulmonum, & uteri uſurpatur, ut dicit SCHROD. Vidimus illud ſæpiùs cum floribus albis.

ORIGANVM Monſpelienſe pulchrum CAM. I.B. onites Gallo-Provinciæ minus AD. cum majori reperiri dicit LOB. *in Ad*, circa pontem Caſtrinovi, & alibi in ſatorum, & vinearum marginibus oritur.

ORNITHOGALVM quintum, ſive vulgare CLVS. umbellatum medium anguſtifolium PIN. inter ſegetes Aprili & Maio menſibus cum flore reperitur. Radices eſui aptas eſſe dicit DIOSC.

ORNITHOGALVM ſpicatum Monſpelienſe lacteo flore LOB. *Obſ.* majus Monſpelienſe CLVS. ſpicatum albo flore Monſpeſſulanum I.B. in agris frumenti feracibus juxta Monſpelium paſſim reperiri rectè teſtantur CLVS. LVGD. I.B. & C.B *in Matth.* Maio floret.

ORNITHOPODIO affinis hirſuta ſcorpioïdes leguminoſa AD. ſegetum Narbonenſium alumnam eſſe rectè dicit LOB. *in Ad.* in ſatis luci Gramuntij abundat, & Maio floret, in radicibus adſunt tubercula ſubrotunda rubentia.

ORNITHOPODIO affinis hirſuta ſtella legu-

Digitized by Google

minoſa Pin. Planta quam habeo, eadem eſt cum fœnugræco ſylveſtri Tragi, in quibuſdam accedente plantá I. B. cujus duplicem differentiam obſervavi; in pleriſque flores, & ſiliquæ pediculis inſident, ſicut in figura ſtellæ leguminoſæ; in aliis verò cauliculis adhærent, ut in figura I. B. exprimitur, in reliquis ſimiles ſunt, & flores habent purpuro-cæruleos. Suæ tribuit I. B. pallidulos flores, quam circa Monſpelium collectam dicit; reperitur copioſè in ſterilibus locis ultra pontem Salenovæ, tum & in loco dicto *la garrigue dau Tarral*, Maio menſe cum flore: malè confundit C. B. *in Pin.* ſtellam leguminoſam cum vicia ſeſamacea Col. quæ maximè differunt.

Orobanche magna purpurea Monſpeſſulana I. B. major è Gramuntio luco Monſpelienſium Lob. *Ic.* Pſeudolimodoron Monſpeliacum Clus. in Gramuntio luco oriri notant iſti Authores, ubi nos ſæpiùs Aprili & Maio menſibus collegimus; ſed eorum figuræ non placent: in figura Clus. labrum inferius bifurcatur, quod non fit in noſtra planta: vitioſa etiam figura I. B. in qua nulla eſt proportio caulis cum floribus, imitatus figuram orobanches quartæ Lob. *Ic.* figura Lob. melior foret, ſi radices ut in pſeudolimodoro Clus. pingerentur, & floribus brevia calcaria adderentur.

Orobanche Dod. prima Clus. vulgò Rapum geniſtæ, Monſpelij Aprili menſe florentem reperit in monte prope *Caſtelneuf* I. B. vidimus nos ſæpiùs in eodem loco, & circa *la Colom-*

Digitized by Google

biere, juxta ciſtos, & geniſtam ſpinoſam.

Orobanche ſubcæruleo flore, ſive ſecunda Clus. Cardui vulgaris radicibus inhærentem, in ſegetibus Monſpelij, eruebat olim Clus. in herbidis maritimis Maio menſe ſæpiùs legimus.

Orobanche minor purpureis floribus, ſive ramoſa I.B. in ſegetibus prope Monſpelium Aprili menſe invenit I.B. in iiſdem locis nos ſæpiùs invenimus, tum ramoſam, tum non ramoſam. Vidimus etiam in quibuſdam locis herbidis circa lucum *de Mauri* cum floribus albis.

Orobus receptus Herbariorum Ad. orobus, ſive eruum Matth. in ſatis circa urbem copiosè reperitur. Calidus primo, ſiccus ſecundò ordine cenſetur: incidit, abſtergit, & obſtructiones ſolvit. Addit Lob. *in Ad.* Cicer orobæum, ab orobo nigredine, & majori ſemine diſtinctum, quod in pleriſque ſatis Narbonæ, & Gallo-Provinciæ per meſſes flavet, illud nobis inquirendum erit.

Orobus ſylvaticus Viciæ foliis Pin. Pannonicus ſecundus Clus. Aſtragaloïdes altera Herbariorum Lob. *Ic.* menſe Maio copiosè florentem invenimus in Valena ſylva, viâ quà itur ad pagum *Viols*.

Digitized by Google

P

PÆONIA communis, vel fœmina PIN. in ſylvoſis non procul à monte Lupi vere florentem eruiſſe rectè refert LOB. *in Ad.* pluribus enim in locis ibi reperitur. Nullus eſt in praxi tantiſper initiatus, qui pœoniam antiepilepticam eſſe ignoret; ad effectus etiam uteri commendatur.

PANAX coſtinum PIN. peregrinum DOD. Coſtus ſpurius MATTH. oritur cum libanotide cachryophorâ, in elato colle prope molendinum dictum *la Tour*, juxta fluvium *la Mauſſon*, ubi nos ſæpiùs collegimus. In iiſdem ferè locis, nempe in illo ſaxoſo colle, qui Frontignanâ redeunti Monſpelium, ad lævam eſt, invenit LOB. ut teſtatur in *Ad.* Panacem Heracleum fronde paſtinacæ, quod ideò idem cum noſtro poſt I. B. arbitramur, figura tamen I. B. aliam plantam rei præſentat.

PANCRATIVM. Vide *Narciſſus maritimus.*

PANICVM DOD. paniculâ minore PIN. in urbis foſſis, & ſatis circa urbem permixtum cum milio reperitur, cujus etiam virtutes obtinet.

PAPAVER nigro ſemine ſylveſtris Dioſc. PIN. ſparſim juxta Ledum amnem inter pontem Juvenalem, & Lateram, in ſatis etiam mon-

Digitized by Google

tis Ceti verſus mare, & in deuſtis locis montis *Capouladou* invenimus. Papaver album magis eſt in uſu, noxium enim eſſe nigrum credunt aliqui: uſurpatur maximo cum ſucceſſu tum ſyrupus de papavere, tum laudanum, ex opio ſimplici præparatione confectum, ad ſomnum conciliandum, & humorum impetum ſiſtendum; non multùm noverant Antiqui papaveris vires, cujus uſum tantoperè pertimeſcebant.

PAPAVER erraticum majus rhœas Dioſc. PIN. erraticum rubrum campeſtre I. B. Martio & Aprili vidit florens Monſpelij I. B. ſata omnia vere pulcherrimis hujuſce floribus decorantur. Somnum etiam conciliat, ſed non tam potenter, ac papaver album; aqua diſtillata in affectibus calidis thoracis commendatur, ſicut & aqua in qua flores leviter infuſi fuerint: iſtud etiam invenimus floribus albis, tum & floribus rubris plenis. Quod

PAPAVER erraticum pleno flore. PIN.

PAPAVER corniculatum luteum PIN. Aprili Maio & Iunio menſibus prope *Caſtelnenf* florere, rectè obſervavit I. B. abundat etiam in noſtris maritimis. Calidum iſtud & ſiccum eſſe ad tertium uſque gradum, ex ſapore non ineptè colligi poſſe, dicit I. B. folia & flores ulceribus ſordidis appoſita, ea purgant, ſed ob acrimoniam diù ſupra partes affectas non ſunt relinquenda.

PAPAVER corniculatum phœniceum hirſutum PIN. ad Frontignanum inventum fuiſſe teſtatur LOB. *in Adv.* & nos ſæpiùs collegimus

Digitized by Google

in via quà itur ad pagum *Perauls.*

PAPAVER corniculatum violaceum PIN. Anemone major Narbonenſis corniculata AD. in agris avenâ conſitis, non procul Laterâ, ſecundùm Ledum fluvium collegit CLVS. ubi nos ſæpiùs cum flore invenimus.

PARIETARIA Officinarum, vel Dioſc. PIN. toto ferè anno viret, in hortorum muris. Frigida & humida eſt, cum abſtergendi vi, calculoſis prodeſt; herba tuſa & cum axungia pedibus impoſita, podagricos dolores mitigat.

PASTINACA ſylveſtris latifolia PIN. Elaphoboſcum MATTH. eam Monſpelij vidit I. B. in umbroſis & herbidis circa pontem Caſtrinovi juxta Ledum amnem, & circa Lateram Augusto menſe floret: calida & ſicca eſt ſecundo ordine.

PASTINACA tenuifolia ſylveſtris DIOSC. vel Daucus Officinarum PIN. ſtaphylinus Græcorum I. B. ſpontaneam vidit Monſpelij I. B. abundat in vineis, & in pratis ſiccioribus. Calida & ſicca eſt, menſes movet; radices cum oleo in ſartagine coctæ à plurimis comeduntur.

PASTINACA tenuifolia marina, foliis obſcurè virentibus, & quaſi lucidis. Oritur copioſè in noſtris maritimis, folia habet ferè glabra, radix odorem habet aromaticum, in reliquis cum priori convenit; an hæc ſit tantùm prioris variatio, poſtquam in horto coluero, cognoſcam.

PASTINACA marina. Vide *Crithmum.*

Digitized by Google

PECTEN Veneris. Vide Scandix.

PEDICVLARIS pratenſis lutea, vel criſta galli PIN. in plurimis Lateræ pratis abundat.

PENTAPHYLLVM. Vide *Quinquefolium.*

PEPLIS maritima folio obtuſo rubro PIN.

PEPLIS maritima folio obtuſo albo PIN. caules & folia in una pallidè viridia ſunt, in alia verò rubra: Monſpelij provenire notat I. B. & in omnibus Mediterranei maris littoribus CLVS. utramque menſe Auguſto cum flore & ſemine in ſabuloſis maritimis copiosè collegimus. Ad tithymali vires accedit.

PEPLVS, ſive eſula rotunda PIN. in hortorum areis, & inter olera paſſim oritur, & toto ferè anno reperitur.

PEPLVS minor I. B. circa Boutonetum in vervactis frequens eſt, & rectè Monſpelij provenire dicit I. B.

PERCEPIER Anglorum. Vide *Alchimilla.*

PERFOLIATA vulgatiſſima, ſive arvenſis PIN. ſparſim hæc in ſatis reperitur, circa pontem Caſtrinovi, & Salenovam. Calidam & ſiccam dicit TRAG. & vulnerariam SCHROD.

PERFOLIATA minor anguſtifolia buplevri folio PIN. Auriculæ leporis affinis, odontitis lutea Valerand. & Dalech. I. B. buplevri graminei nomine ex acclivibus verſus Caſtrumnovum allatam habuit I. B. vere copiosè reperitur in colle *Ferràn*, ultra pontem Caſtrinovi, & in ſiccis, non autem humidis, ut habet I. B. ac ſquallidis locis *la Colombiere.*

PERICLYMENVM Germanicum non perfo-

liatum Pin. Caprifoliũ Germanicum Dod. vulgare illud eſt in vinearũ ſepibus, cuius flores circa feſtum Pẽtecoſtes deferuntur, & vulgò vocãtur *Pentaconſte:* flores variãt, aliquãdo ex purpura albi, aliàs verò ex purpura lutei. Calefacit & exſiccat, incidit, & attenuat. Vulgare gargariſma quod fit ex aqua caprifolij cum melle roſaceo ad oris & faucium inflãmationes, damnat Dod. quia inquit, non frigidæ aut aſtringentis, ſed calidæ & attenuantis eſt facultatis, poteſt tamen prodeſſe humores reſolvendo. Aquam periclymeni ad ℥.ii. cum ſemine lavendulæ ad facilitandum partum dabat Rondel. ut refert I. B.

Periclymenvm perfoliatum Pin. Monſpelij in ſepibus florens Aprili & Maio vidit I. B. in luco Gramuntio vulgare eſt.

Persicaria mitis maculoſa, & non maculoſa Pin. in rivulis circa urbem, & juxta Ledum amnem Auguſto menſe floret. Frigidam & nonnihil ſiccam ſtatuit Dod. ac recentibus vulneribus impoſitam prodeſſe putat.

Persicaria urens, ſive hydropiper Pin. in paluſtribus etiam locis copiosè oritur. Calida eſt, & deurens.

Pevcedanvm & fœniculum porcinum Ad. in glareoſis collibus Narbonenſis Galliæ, præſertim in luci Gramuntij aditu, & circum inter ſentes, & dumeta naſci rectè, ex Lob. *in Ad.* notat Lvgd. Calefacit, diſcutit, digerit, ut dicit Gal.

Phalangivm non ramoſum Dod. in ſylva Valena circa *Caravettes* Maio menſe

cum flore copioſum invenimus.

Phalaris ſemine albo Pin. in ſegetibus viâ ad Magalonam prope pontem oriri rectè notat Lob. *in Ad.* invenimus nos ſæpiùs inter Villamnovam & pontem ipſi vicinum, in maritimis etiam collegimus cum ſemine fuſco. Quod

Phalaris ſemine nigro Pin. Phalaris calculoſis prodeſt, ut dicunt Botanici.

Phillyrea folio ilicis I. B. latifolia ſpinoſa Pin. mirè in foliis ludit, quæ aliquando ſubrotunda ſunt, & ſpinoſa, aliquando oblonga, & tantùm ſerrata; ferè ſemper bina ſibi oppoſita, terna aliquando vidimus; in ſylva *Aigremont* vere florentem, & menſe Auguſto baccas ferentem vidit I. B. variis in locis oritur, & copioſiſſimè in ſylva Valena, ubi tanta foliorum varietas conſpicitur, ut plurimas ſpecies conſtituerint multi, vulgò *aladir*.

Phillyrea folio liguſtri Pin. Narbonenſis major Ad. in Gramuntio, luco haud procul Monſpelio, ac in ejus tractus ſaxoſi glareoſiq; ſepibus creſcere notat Lugd. & non longè Monſpelio viâ quà itur ad ſtagnum, C.B. *in Matth.* imò unicam ejus arbuſculam ad ingreſſum *Peraudi* conſpiciebat olim Clus. variis etiam in locis nos vidimus, ſed præcipuè in ſylva Valena, & quaſdam arbuſculas circa Frontignanum.

Phillyrea anguſtifolia prima Pin. minor Ad. frequentem iſtam in ſepibus, & collibus glareoſis circa Monſpelium rectè dicunt Ad.

CLVS. & C. B. *in Matth.* in omnibus locis *Garrigues* dictis abundat. Multò minorem invenimus *à la garrigue de la Valette*, quæ iſtius fortè eſt tantùm varietas, & phillyrea quinta CLVSIO dicitur. Phillyreæ folia aſtringunt, decoctio commendatur ad oris & faucium ulcera.

PHILYCA elatior PIN. laternus prima CLVS. *bourgeſpine* Monſpelienſium. AD. frequentem eſſe in ilicetis viæ Frontignanenſis, dicit LOB. *in Ad.* & in aſperis & ſaxoſis oræ maritimæ locis, non procul à Monſpelienſi urbe, quà itur ad pagum *Vic*, apiano vino percelebrem, provenire refert LVGD. in ſylva etiam *Gramont* abundare notat I. B. copioſiùs oritur in ſylva Valena, vulgò *alader*: in locis *Garrigues* dictis, humilem vidimus, & quaſi repentem quæ Alaternus ſecunda CLVS. iſta colenda erit in hortis, ut videamus an ſit tantùm varietas.

PHYLLON teſticulatum PIN. marificum CLVS. Arrhenogonon LOB. *in Io.* ex ſententia THEOPH. at theligonon *in Ad.* ex ſententia DIOSC.

PHYLLON ſpicatum PIN. fœminificum CLVS. Arrhenogonon mariparum AD. theligonon *in Icon.* Monſpelij, ſecus vias, & ad collem ſquallidum & glareoſum ſuſpendij, paulóque ulteriùs cis pontem Caſtrinovi frequentiſſimum utrumque eſſe refert LOB. *in Ad.* in vicinis etiam collibus notant LVGD. & I. B. in utroque folia ſerrata ſæpiſſimè conſpiciuntur, quod rariùs fieri obſervaverat C. B. ut refert *in Pin.* ex maris ſemine utrumque naſcitur, fœmina

enim ſterilis eſt. Illius decoctum demorſis à cane rabido commendant aliqui.

PHYTEUMA. Vide *Reſeda affinis Phyteuma.*

PILOSELLA MATTH. Major repens hirſuta PIN. in herbidis ſatorum, & pratorum marginibus, ac in ipſis pratis copioſa repit. Dyſenteriæ, aliiſque alvi fluxibus multùm confert, & vulneraria eſt.

PILOSELLA major erecta PIN. minori flore hirſutior & elatior non repens I.B. in luco Gramuntio circa ſatum in quo creſcunt lupini, inter cityſum, & ilices cocciferas oritur.

PIMPINELLA ſaxifraga major altera PIN. ſaxifragia hircina minor, foliis ſanguiſorbæ I.B. inter rupes umbroſas montis *Capouladou à las cambrettes*, ſæpiùs collegimus. Hujus radices calidas & ſiccas tertio ordine dicit SIMON PAULI, ad frigidos ventriculi affectus, & colicum dolorem condiuntur; aqua diſtillata totius plantæ ad calculum præcipuè cõmendatur.

PIMPINELLA ſaxifraga minor PIN. bipinella ſaxifraga hircina minor LOB. *Obſ.* ſaxifragia hircina minima pimpinella criſpa Trag. I. B. cujus figura non placet; in deſcenſu montis *Capouladou* inter rupes etiam oritur.

PIMPINELLA ſanguiſorba major PIN. in pratis ultra Lateram ad lævam ſitis, & in aliis quamplurimis copioſè repit.

PIMPINELLA ſanguiſorba minor hirſuta PIN. magis vel minùs piloſa reperitur; in vinearũ ſepibus paſſim creſcit. Vidimus ſæpiùs pimpi-

Digitized by Google

nellam minorem ferè glabram cum ſeminibus duplo & triplo quàm iſtius maioribus. Quæ

PIMPINELLA ſanguiſorba minor, ſemine majore & craſſiore, circa Salenovam, Caſtrumnovum, & *la Colombiere* in vinearum ſepibus oritur. Pimpinella ſanguiſorba frigidæ, ſiccantis, & aſtrictoriæ facultatis eſt particeps, ut habet SIMON PAVLI: ad alvi profluvia, dyſenterias, & menſes immodicos commendatur.

PINVS ſativa PIN. oſſiculis duris, foliis longis I.B. ſpontaneam ad Aquas marianas, rectè notat LOB. *in Ad.* De iſta loquitur LVGD. dum ait, *Maritimæ prope foſſas marianas, non procul ab urbe Monſpelio, permultæ proveniunt, in ſpatioſo pineto, pinearum nucum copiâ celeberrimo, vulgò dicitur* la pinede d'Aiguemortes.

PINVS ſylveſtris altera maritima LOB. *Obſ.* ſylveſtris maritima conis firmiter ramis adhærentibus I. B. in collibus verſus montem Lupi, plures ſunt ſylvulæ ex pinis hujuſmodi compoſitæ, quarum aliæ arboreſcunt, aliæ verò pumilæ reperiuntur; de his dicit LOB. *in Obſ. Pinaſter humilis in Narbonenſis Galliæ collibus ad Lupum montem oritur.*

PLANTAGO maxima tota glabra B. *Prodr.* maxima Hiſpanica cauleſcens CORNVT. circa Monſpelium reperiri dicit C.B. *in Prodr.* invenimus ſæpiùs in maritimis verſus *Perauls.*

PLANTAGO latifolia ſinuata PIN. vulgaris latifolia LOB. *Obſ.* paſſim in viis omnibus humidioribus reperitur; vulgaris eſt notitiæ, & uſûs

Digitized by Google

maximi. Frigida & ſicca eſt in ſecundo gradu; vulneraria, & ad omnes fluxiones utilis cenſetur: Addit Simon Pauli, quòd radix recenter è terra extracta, & auris meatui indita, inſtar incantamenti quandoque dolores dentium ſiſtit.

Plantago anguſtifolia major Pin. quinquenervia Ad. in incultis herbidis locis, & ſaltorum marginibus circa urbem abundat. In ſiccioribus locis multò minor eſt, & anguſtioribus foliis, quæ plantaginis lanceolatæ ſpecies minima I.B. quam Monſpeſſuli menſe Septembri florere dicit.

Plantago anguſtifolia, capitulis lagopi Pin. quinquenervia cum globulis albis piloſis I. B. eam obſervavit Aprili menſe cum flore ad montem Ceti, & balneum *Baleruc*; nos etiam copioſam vidimus in incultis, & juxta vias circa Villamnovam, & Salenovam, ac in monte Cetio, capitulis multò longioribus notavimus.

Plantago aquatica latifolia Pin. in toto Ledo amne, & Lateræ paludibus frequens eſt. Folia imponunt tibiis quidam ad aquas hydropicorum educendas; alij pro ſecreto habent ſuccum illius mammis applicare, quo ſubitò lac in mammis conſumatur.

Plantago aquatica anguſtifolia Pin. aquatica humilis anguſtifolia I. B. Monſpelij prope fluminum ripas Aprili & Maio florere rectè dicit I. B. & nos ſæpiùs invenimus juxta Ledum amnem.

Plantago aquatica ſtellata Pin. in hu-

midis foſſis circa ſtagnum Laterræ, & Villænovæ collegimus.

Polium lavendulæ folio Pin. Recentiorum fœmina lavendulæ folio Ad. plurimum reperitur Junio & Julio menſibus cum flore in ſylva Valena, circa montem Lupi, & in declivibus locis montis *Capouladou.*

Polium montanum luteum Pin. in ſqualli dis locis circa Valenam ſylvam vidimus, ſed copioſius verſus *ſant Bauſile*, quà itur *à ſaint Guilen lou deſert.*

Polium maritimum erectum Monſpeliacum Pin. Monſpeſſulanum I. B. maritimum montanum Ad. ad Ceti montis inſulam, & Magalonam ſpecioſius & crebrius fruticare rectè notârunt Ad. & C.B. *in Pin.* in aliis enim locis, ut in ſterilibus circa Salenovam, Caſtrumnovum, & *la Colombiere*; multò minus nec tam grati odoris eſt, quod polium montanum album à C.B. *in Pin.* dicitur: incidit polium, aperit, & attenuat, ideò viſcera ab obſtructionibus liberat, urinam, & menſes ciet.

Polygala major Pin. major prima Clus. *Hiſt.* in deſcenſu montis *Capouladou* Maio & Iunio menſibus cum flore ſæpiùs legimus.

Polygala acutioribus foliis Monſpeliaca Pin. dubito an eam polygalam intelligat C.B. quam ſæpiùs invenimus Maio menſe florentem in luco Gramuntio, quæ plurimas virgulas pedales, & ſeſquipedales utplurimum ſupinas producit, folia oblongiora, anguſtiora, & acutiora quàm in majore; flores ſpicati, aliquando pur-

purei, aliquando verò cærulei; onobrychidem tertiam Lvgd. facit C.B. *in Pin.* at cauliculos rectos ſuæ tribuit Lvgd. noſtra autem eos habet utplurimum humi ſparſos.

Polygala vulgaris Pin. in pratis Lateræ, & circa pontem Caſtrinovi copioſam vidimus, floribus purpureis, carneis, & albis. Ex amarore calidam & ſiccam eſſe probant; folia in vino cocta bilem per alvum deiicere ex Gesneri experimento narrat I. B.

Polygala annua erecta anguſtifolia, floribus coloris obſoleti, carneis lineis virgatis, vulgaris coloris obſoleti, foliis anguſtiſſimis I.B. nimium anguſta folia pingit I. B. nec rectè Polygalam vulgarem vocat, rara enim eſt, & à paucis Botanicis nota; in collibus ſterilibus prope Monſpelium obſervatam à *Cherler.* dicit I.B. invenimus Maio & Iunio menſibus florentem in ſiccis locis, vulgò *garrigues du Tarral*, & prope *la Tevilliere de Maſſanes.*

Polygonatvm latifolium vulgare Pin. vulgò ſigillum Salomonis dicitur, in declivibus umbroſis montis *Capouladou*, inter rupes oritur. Vulnerarium eſt, abſtergit, faciei maculas & ſugillationes tollit.

Polygonvm bacciferum maritimum minus Pin. uva marina Monſpelienſium Ad. & Tab. prope *Perauls*, & Magalonam ad montem uſque Cetium reperiri rectè notant Clvs. & I.B. inter mare & ſtagnum tantâ ubertate luxuriare dicit Lob. *in Ad.* ut eo plauſtra onerare queant; vulgò *Rafint de mar*; copioſum nos in

iis

his locis vidimus, Cœliacis & mulierum fluoribus prodeſt.

Polygonum latifolium Pin. Centinodia vulgò dicitur; nihil vulgatius habent rura, ſecus vias, & areas, innuit is, diuturna proculcatione, & neglectione, reſtibili ſegete laſcivit, totamque æſtatem humum inſternit virore, ut dicit Lob. *in Ad.* Ex duabus figuris quas ponit I.B. ſecunda tranſpoſita eſt. Refrigerat in ſecundo gradu, ſiccat, aſtringit, vulneraria eſt, & ad ſiſtendas hæmorrhagias, & dyſenterias efficax.

Polygonum anguſtifolium I.B. in ſabuloſis vineis, & ſatis circa Boutonetum oritur; ubi cum floribus rubris ſæpiſſimè collegimus.

Polygonum maritimum latifolium Pin. ſæpiſſimè in Mediterranea Narbonenſi ora, ab uſque marianis Aquis ad Cetum montem occurrere, teſtes ſunt Ad. I. B. & C.B. *in Matth.*

Polygonum minus candicans capitulis ſurrectis; minimum montanum niveum & ſericeum Ad. in arvo cui ſubeſt ſpecus Frontignanenſis invenit Lob. *in Ad.* & propinquiùs nos, in ſquallidis locis ultra pontem Salenovæ ad dexteram.

Polygonum minus candicans ſupinum; Paronychia Hiſpanica Clus. vidimus in maritimis montis Ceti, verſus *Agdes* urbem, quod copioſius inveniebamus aſcendendo ad montem *Eſperou à la côte de naves.* Idem facit iſtud Lob. *in Obſ.* cum præcedenti; utrumque nos in natalibus locis vidimus, & legimus: in polygono Ad. foliola erant anguſta, unde rectè dixit fo-

O

Digitized by Google

liolis eſſe thymi tenuifolij; in Paronychia Hiſpanica Clvs. folia ſunt herniariæ, ideò primo intuitu herniariam lucidam nominabamus, capitula etiam multùm diverſa, quæ in polygono Ad. ſurrecta ſunt, & multò elegantiora; poſtquam in horto utrumque colueto, certiùs de iis loquar.

Polygonvm minus, ſive Millegrana major Pin. Herniaria vulgò dicitur, in aridis arvis ſabuloſis, & olivetis circa Monſpelium oriri rectè dicunt Ad. & Lvgd. ad rus *Boutonet*; quo verbo hallucinatus Dod. dicit Gallicè vocari *Boutonet*. Ad hernias curandas cataplaſmata ex eo parantur, alij contrario quaſi effectu, decocto utuntur ad ſabulum è renibus, & veſicâ educendum.

Polygonvm; ſive Herniaria fruticoſa viticulis lignoſis Pin. Herniariæ facie Lvgd. Herniariæ facie & folio, peramplâ radice aſtragaliti Ad. in plurimis ſatorum marginibus circa Boutonetum repit, & in ſterilibus locis verſùs pontem Villænovæ; malè confundit iſtud Lvgd. cum polygono, ſive Paronychia Hiſpanica Clvs.

Polygonvm alterum puſillo vermiculato ſerpylli folio Ad. collegimus iſtud ſæpiùs circa pratulum luci Gramuntij, in quo creſcit gratioſa, & juxta viam in locis depreſſis, in loco dicto *la garrigue de Perauls*.

Polygonifolia per terram ſparſa, flore ſcorpioïdes I.B. rarò occurrit, & ſparſim tantùm; quā aliquando copioſam invenimus aſcen-

endo ad montem *Eſperon*. In iiſdem ferè locis
: Paronychiam Hiſpanicam Clvs. colligeba-
ius, an de iſta intelligendus C. B. *in Prodr.*
um polygonum lentifolium deſcribit, cujus
oſculi in cauliculorum ſummis tantùm ſiti ſunt,
uodque Monſpeſſuli in incultis collegit; *in*
Pinace ſub diverſo nomine bis repetitur.

Polygonvm anguſtiſſimo gramineo folio
rectum, ex radicula tenui, palmares vel ſeſqui-
palmares cauliculos producit erectos; folia ha-
bet ex articulis bina, anguſtiſſima, & oblonga,
& quæ in florente planta utplurimum ſicca ſunt;
flores ex ramulis plures prodeunt, quadrifolij
albi, quibus totidem folia viridia ſuppoſita ſunt;
ſemen parvum eſt & nigricans. Annua eſt plan-
ta quæ Julio & Auguſto menſibus floret in mar-
ginibus ſabuloſis ſatorum Boutoneti ad dexte-
ram. Satis accedit ad Arenariam I.B.

Polygonvm anguſtiſſimo & acuto, vel
gramineo folio minus repens Pini Polycarpon
Lvgd. in ſatis luci Gramuntij oritur, ubi ob
loci ſiccitatem minimum evadit.

Polygonvm muſcoſum minimum Pavli
Bocc. Maio menſe copioſum vidimus in ſatis
luci Gramuntij; modò viride eſt, aliquando pur-
puraſcens; ob plantulæ parvitatem à plurimis
non fuit obſervatum.

Polypodivm vulgare Pin. in rupibus
muſco obſitis ultra pontem Caſtrinovi juxta Le-
dum amnem, & in ſylva Valena plurimum naſ-
citur. Polypodium quercinum quod maximè in
uſu recipitur, ſiccum in tertio gradu, & mode-

Digitized by Google

ratè calidum cenſetur, pituitoſos, & melancholicos humores educit, ac obſtructiones reſerat.

Polytrichum Officinarum, ſive Trichomanes Pin. figura I.B. tranſpoſita eſt, in rupibus umbroſis copioſè oritur; inter quinque capillares numeratur, eiſque eædem ferè vires atque Adianto coriandri folio aſcribuntur.

Polytrichum, ſive Trichomanes minus & tenerius Pin. in ingreſſu antri Frontignanenſis collegimus; an hæc variatio à loco fiat, inquirendum erit.

Populus alba Pin. juxta Ledum fluvium abundat cum ſequenti.

Populus nigra Pin. in omnibus rivulis naſcitur, vulgò *de pivous*. oculi ſive gemmæ populi nigræ modicè calidæ ſunt, & tenuium partium; unguentum quod ex illis in officinis Pharmacopœorum præparatur, refrigerat.

Porrum ſylveſtre vinearum Pin. Ampeloprasum Dod. in vineis quaſi ſatum paſſim abundat, & à vinitoribus comeditur. Calefacit porrum, & multùm ſiccat, attenuat, incidit, aperit, reſolvit.

Portulaca anguſtifolia, ſive ſylveſtris Pin. ſylveſtris minor, ſive ſpontanea I.B. in olivetis, & vervactis totâ æſtate reperitur, tum etiam in hortis cum ſativa permiſcetur; refrigerat tertio, ſiccat ſecundo gradu, bilis ardorem temperat; aqua diſtillata in febribus continuis, & adverſus lumbricos præſcribitur; herba tuſa & appoſita hæmorrhoidum inflammationem, & dolorem ſedat.

Digitized by Google

PORTLACA marina. Vide *Halimus*.

POTAMOGETON ſalicis folio PIN. Potamogeiton, ſive fontalis perſicariæ folio I.B. Ledi amnis aquis innatat. Refrigerare & aſtringere ſimiliter ac polygonum docet GAL.

POTAMOGETON foliis criſpis, ſive Lactuca ranarum PIN. fontilapathum puſillum AD. in omnibus paludibus copioſè in aquis reperitur.

POTAMOGETON anguſtifolium racemoſum B. *Prodr.* prope Monſpelium ad molendina in aqua fluitans reperiri dicit; quod in paludoſis circa Lateram invenimus.

POTAMOGETON minimum capillaceum B. *Prodr.* hoc Monſpelio allatum habuit; & nos in aquis Ledi amnis circa molendina ſæpius vidimus.

POTAMOGETON capillaceum capitulis ad alas trifidis B. *Prodr.* hoc ſimiliter Monſpelio allatum ſibi dicit C. B. *in Prodr.*

PRASSIVM. Vide *Marrubium*.

PRIMVLA veris caulifera, pallido flore inodoro, aut vix odoro I. B. Verbaſculum pratenſe, vel ſylvaticum inodorum PIN. in umbroſis Valenæ ſylvæ quà itur ad pagum *Viols*, & in d. ſr cenſu montis *Capouladou*, inter umbroſas rupes paſſim oritur; exſiccans & nonnihil calida dicitur à DOD. & ad renum, & veſicæ affectus commendatur: vulneraria eſt.

PRVNELLA. Vide *Brunella*.

PRVNVS ſylveſtris PIN. in vinearũ ſepibus nihil vulgatius eſt; fructus vulgò dicitur *agrunelie*,

Digitized by Google

çujus ſuccus inſpiſſatus acaciæ ſuccedaneum eſt, & refrigerat ſiccat, & aſtringit.

PSYLLIVM majus ſupinum PIN. maius radice perenni ſupinum AD. in marginibus & ſquallidis olivetorum incultis collibus naſci teſtatur LOB. in Ad. in ſabuloſis ſatis circa Boutonetum, & Caſtrumnovum abundat. Mucilago ſeminis refrigerat, & humorum ardorem temperat; at ſemen, ſive ſeminis partem internam propter virulentiæ cuiuſdam ſuſpicionem, à Medicina abdicandum plurimi cenſent.

PSYLLIVM maius erectum PIN. ſponte vervacta proſciſſáque arva Narbonenſis Galliæ hoc operiri dicit LOB. in Ad. ac rectè inter oliveta ſabuloſáſque ſcrobes Monſpeliani agri provenite, in iiſdem enim ſabuloſis cum priori reperitur.

PVLEGIVM latifolium PIN. regium AD. in plurimis humentibus foſſis repit, & vulgò notum eſt. Calidum & ſiccum tertio ordine cenſetur; incidit, aperit, menſes movet, ſecundinas educit; permixtum vidimus aliquando floribus albis Iulio & Auguſto menſibus.

PVLEGIVM cervinum Monſpelienſe odoratius LOB. Ic. ſponte Monſpelij provenire dicit I. B. & ubique obvium in luco Gramuntio pone Cœnobium, & in aditu ad lutoſas ſcrobes multum fruticare rectè annotavit LOB. in Ad. cum floribus albis etiam reperitur. Iſto utendum præcipiebant Monſpelienſes, ut addit LOB. quod huius odor, ſapor, & vires multò quàm alterius gratiora, vehementiora, & probatiora forent.

Digitized by Google

Pyrus ſylveſtris Pin. pyraſter vulgò, in plurimis ſatorum, & vinearum ſepibus oritur; fructus vulgò *peruſſe*. Sativas in hortis tantùm colimus, quarum innumeras habemus differentias; pyra ſativa refrigerant & aſtringunt, cruda ſtomachum gravant; hinc Schola Salernitana; *Cruda gravant ſtomachum, relevant pyra cocta gravatum*; ſylveſtres multò magis aſtringunt.

Pulmonaria Gallorum. Vide *Hieracium*.

Q

Quercus latifolia mas Pin. in ſylva Valenâ, & circa montem Lupi copioſè reperies; in pleriſque folia laciniata ſunt, & quaſi criſpa, ſicut dicit C.B. de quercu latifolia fœmina. Sacram arborem dixêre Veteres, quòd primi mortalium glande veſcerentur; ex quercu fiebat corona civica, militaris virtutis inſigne. Secundum omnes ſuas partes aſtringit quercus, aqua ſtillatitia in fluore muliebri, & pulvis glandium in dyſenteria commendantur.

Quinquefolium majus repens Pin. Pentaphyllum, ſive quinquefolium vulgare repens I.B. paſſim Monſpelij provenire rectè notat I.B. ſiccæ eſt temperaturæ, alvi profluviis, dyſenteriæ, & inteſtinorum prolapſui medetur.

Quinquefolium minus repens luteum

Digitized by Google

PIN. in colle patibuli viâ pontis Caſtrinovi, & in ſiccis locis Salenovæ copioſè naſcitur.

QVINQVEFOLIVM rectum foliis profundè ſectis, ſubtùs argenteis, flore luteo I.B. erectum argenteum PIN. in luco Gramuntio ad pratuli marginem, & in aliis locis ſparſim oritur.

QVINQVEFOLIVM montanum erectum hirſutum luteum PIN. in ſylva Valena copioſè oritur, viâ qua itur ad pagum *Viols*, & in monte *Capouladou*, Maio & Junio menſibus cum flore.

R

RANVNCVLVS pratenſis erectus acris PIN. in pratis circa Lateram, & in aliis ferè omnibus copioſiſſimè oritur. Cauſticam vim habet, quâ veſiculas excitat.

RANVNCVLVS pratenſis repens hirſutus PIN. maculatis, & non maculatis foliis, in pratis humidioribus repit.

RANVNCVLVS bulboſus *Obſ.* LOB. pratenſis radice verticilli modo rotundâ PIN. in pratis etiam Lateræ abundat, ubi maior, & minor reperitur; ideò ab iſto non diſtinguit I.B. Ranunculum minimum ſaxatilem hirſutum B. *Prodr*. quem ad *lattes* provenire tradit.

RANVNCVLVS magnus valdè hirſutus I.B. in umbroſis herbidis montis *Capouladou* inveni-

mus, & in aliis quibuſdam locis circa urbem.

Ranvncvlvs rectus foliis pallidioribus I. B. paluſtris apij folio lanuginoſus Pin. in paludoſis humidis ultra Lateram ſæpiùs cum ſequenti collegimus.

Ranvncvlvs paluſtris apij folio lævis Pin. in iiſdem paludibus reperitur cum ſuperiori, & in plurimis locis ſecus Ledum amnem.

Ranvncvlvs arvenſis parvus folio trifido Pin. minimus apulus Col. Iulio & Auguſto menſibus florentem invenimus in margine pratuli Gramuntij, cum buplevro anguſtiſſimo folio.

Ranvncvlvs arvenſis echinatus Pin. in ſatis ferè omnibus vere floret, quem Monſpelij conſpexerat I.B.

Ranvncvlvs paluſtris echinatus I. B. & C. B. *in Prodr.* locis humidis & aquoſis circa Monſpelium gaudere uterque refert. In foſſis humidis iuxta Ledum amnem ſæpiùs vidimus.

Ranvncvlvs villoſiſſimus Monſpeliacus B. *Prod.* Monſpeſſuli in ſaxoſis reperiri teſtatur; hujus deſcriptioni ſatis affinem invenimus in ſaxoſis ultra pontem Caſtrinovi.

Ranvncvlvs ſaxatilis magno flore B. *Prodr.* in ſaxoſis ſimiliter circa Monſpelium creſcere notat *in Prodr.* ſimilem habeo, ſed an alterius ſit tantùm varietas, multùm dubito.

Ranvncvlvs ſaxatilis foliis ſubrotundis B. *Prodr.* in eodem quo prior loco reperiri dicit, quem vel non obſervavimus, vel non diſtinximus.

Digitized by Google

RANVNCVLVS lanuginoſus anguſtifolius, grumoſa radice major PIN. major Illyricus CLVS. *Hiſt.* in herbidis ultra pontem Caſtrinovi iuxta Ledum amnem Maio menſe florentem, & ſeſe multùm propagantem invenimus, tum & in aliis herbidis ſatorum marginibus; latiora folia in noſtro obſervavimus, nec tantùm laciniata.

RANVNCVLVS cherophyllos aſphodeli radice PIN. montanus leptophyllos aſphodeli radice COL. in herbidis marginibus ſatorum, quæ luco Gramuntio concluſa ſunt, & circa ipſum lucum Maio menſe floret, ac in plurimis aliis locis.

RANVNCVLVS coronopifolius, capitulo alopecuri, ceratophyllos ſeminibus falcatis in ſpicam adactis HORT. REG. BLES. AVCT. malè *in Ad.* melampyrum perpuſillum Luteum vocatur; in ſatis ultra portam *du Peirou*, & alibi vere copioſè floret.

RANVNCVLVS longifolius paluſtris minor PIN. flammeus aquatilis anguſtifolius AD. in pratulo iuxta fontes Lani amnis, & molendinum ſito, Iunio & Iulio menſibus florentem copioſè invenimus.

RANVNCVLVS montanus folio gramineo PIN. pumilus gramineis foliis AD. circa Monſpelium reperiri dicit I. B. illum invenit in pratenſibus pone publicum diverſorium montis Lupi LOB. *in Ad.* in iiſdem locis à quibuſdam amicis inventum vidimus.

RANVNCVLVS aquaticus cotyledonis folio

PIN. Cotyledon aquatica DOD. iuxta Ledum amnem repit in herboſis ripis, & in pratis inter pontem Caſtrinovi, & lucum Gramuntium ſitis.

RANVNCVLVS aquaticus folio rotundo & capillaceo PIN. aquaticus hepaticæ facie LOB. IC. in ſtagnantibus aquis circa Lateram Maio menſe collegimus, & in aliis foſſis aquâ repletis circa urbem.

RANVNCVLVS nemoroſus, anemones flore minor B. *Prodr.* circa Monſpelium obſervatum dicit. Huius varietates tantùm vidimus in monte *Eſperou*.

RAPHANVS aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis PIN. copioſè oritur in aquis iuxta Ledum amnem verſus Lateram, & prope pontem Villænovæ; in noſtro folia inferiora profundè diviſa ſunt, ſuperiora verò tantùm ſerrata; ut in figura ſinapios Patavini I.B.

RAPISTRVM flore luteo PIN. in ſatorum marginibus frequentiſſimè occurrit. Semen calefacit, ſiccat, abſtergit, & digerit.

RAPISTRVM monoſpermum PIN. Monſpelij ſponté creſcere notant I.B. & C.B. *in Prodr.* in ſatorum etiam marginibus paſſim Iunio menſe cùm ſeminibus reperitur, túncque facilè à vulgari diſtinguitur.

RAPISTRVM flore albo, ſiliquâ articulatâ PIN. flore albo ſtriato I. B. Monſpelij obſervavit etiam I. B. abundat in ſatis circa Boutonetum Maio menſe cum flore.

RAPVM ſylveſtre non bulboſum AD. Rapa

ſylveſtris PIN. Septembri menſe cum floribus collegimus in herbidis ſatis, & pratenſibus locis circa Boutonetum.

RAPVNCVLVS eſculentus PIN. vulgaris campanulatus I.B. Aprili menſe florentem Monſpelij vidit I. B. copioſè ad acetaria verno tempore defertur; in caliditate & frigiditate temperatus cenſetur, crudus, & coctus editur. Eum vidimus cum floribus albis Septembri menſe.

RAPVNCVLVS perſicifolius magno flore PIN. Campanula perſicifolia LOB. *Obſ.* in herbidis declivibus montis *Capouladou à la côte de Sauvebelle*, Iunio menſe florentem invenimus.

RAPVNCVLVS ſpicatus ſive comoſus cæruleus I. B. Rapuntium majus alopecuri comoſo flore AD. in declivibus montis *Capouladou* eodem tempore florentem copioſum vidimus.

RAPVNCVLVS minor foliis inciſis PIN. erinos Fab. Columnæ, minor I.B. & Alſine oblongo folio ſerrato, flore cæruleo eiuſdem. Duplicem figuram, & duplicem deſcriptionem eiuſdem plantæ, exhibet, dum alſinem vocat. Prope Monſpelium menſe Aprili florentem vidiſſe teſtatur; copioſè oritur & Aprili ac Maio menſibus floret in ſatorum, & vinearum muris; ubique etiam circa urbis mœnia creſcere dicit C. B. *in Phytop.* & Alſinem foliis profundè inciſis vocat.

RAPVNCVLVS ſcabioſæ capitulo cæruleo PIN. ſcabioſa globularis ovina dicta I. B. floribus cæruleis, & floribus albis ſæpiùs collegimus in ſylva Gramuntiana, & in aliis ſterilibus locis.

Digitized by Google

Reseda vulgaris Pin. lutea I. B. in colle prope patibulum viâ pontis Caſtrinovi, & aliis circumjacentibus abundè provenit: multò majorem vidimus in monte *Capouladcu*.

Reseda foliis calcitrapæ, flore albo Hort. Reg. Bles. Avct. an Reſeda candida Lvgd. invenimus Maio menſe prope pagum *Balerne*, juxta ſtagnum, quà itur ad Thermas.

Resedæ affinis Phyteuma Pin. Phyteuma Monſpelienſium Ges. Ad. frequens eſſe in olivetis prope Monſpelium ex Lob. *in Ad.* refert Lvgd. & menſibus Aprili, Maio & Septembri florere dicit I. B. paſſim oritur in ſatorum marginibus. Deſcribitur *in illuſtr.* Lob. Phyteuma alterum Monſpelienſium folio minus laciniato, quod tantùm ratione ſoli humidi, & cæli, differre optimè notat. Ad amatoria convenire nonnulli ſcriptum reliquerunt.

Rhamnvs cortice albo Monſpelienſis I. B. ſecundus Monſpelienſium Ad. Monſpelij muniendis ſepibus aptiſſimum eſſe rectè annotârunt Lob. *in Ad.* & I. B. ſiquidem in hortorum, ſatorum, & vinearum ſepibus ubique conſpicitur, vulgò *Arnives*. Quidam huius turiones aſparagorum ritu eſitare ſolent.

Rhamnvs, ſive paliurus folio juiubino I. B. folio ſubrotundo, fructu compreſſo Pin. maximâ copiâ oritur, teſte I. B. quà Monſpelio Lunellam itur; vidimus etiam ſæpiùs in ſepibus eundo ad lucum Gramuntium, & prope pontem Villænovæ, alibíque multis in locis. Medici Monſpelienſes, referente Lvgd. contra

Digitized by Google

calculum feliciſſimo cum ſucceſſu ſemine utebantur; ad cauteria ſemen loco piſi inſervit.

RHAMNVS catharticus PIN. juxta fluvium pontis *Saleſon*, quà verſus Gramuntium tenditur, collegerunt quidam ex amicis; vidimus nos cis pagum *Saint Banſile*, viâ montis *Eſperon*. Ex baccis ſyrupus præparatur ad pituitoſos & ſeroſos humores evacuandos.

RHVS folio ulmi PIN. vulgò ſumach, Monſpelij circa Caſtrumnovum in locis glareoſis & macilentis vidit I. B. quod etiam notaverat LOB. *in Ad.* plurimis in locis abundat, ut in colle *Ferran*, ultra pontem Caſtrinovi, & in lapidoſis vinearum marginibus. Refrigerat ſecundo, ſiccat primo gradu, aſtringit, unde convenit in fluxibus alvi, & menſium immodicis.

RHVS myrtifolia Monſpeliaca PIN. Plinij myrtifolia Monſpelienſium AD. in ſepibus agri Monſpelienſis pingui denſóque ſolo, præſertim ad Ledi amnis crepidines, haud inſolentem fruticare poſt LOB. *in Ad.* rectè dicunt LVGD. & I. B. ad colorem nigrum utuntur Tinctores, vulgò *Roudou*.

ROSA rubra Mileſia Plin. PIN. in vineis circa *Monteils* ſpontaneam ſæpius legimus. Roſæ in genere refrigerant, & aſtringunt; ex roſis pallidis recentibus, ſyrupus ex novem infuſionibus conficitur, qui benignè alvum movet; ex rubris ſiccis, ſyrupus paratus aſtringit, ac hæmoptoicis, & dyſentericis confert.

ROSA ſylveſtris vulgaris flore odorato in-

Digitized by Google

carnato PIN. in vinearum ſepibus cum rubris permixta paſſim conſpicitur.

ROSA ſylveſtris foliis odoratis PIN. eglentina dicta I.B. in locis ſterilibus & incultis ſæpiùs legimus cum foliis odoratiſſimis, quâ notâ à ſuperiore præcipuè differt.

ROSA pomo ſpinoſo, folio hirſuto I.B. pomifera maior PIN. in ſepibus circa Salenovam invenimus.

ROSA ſylveſtris folio glabro, flore planè albo I.B. in ſepibus circa *la Colombiere*, Maio menſe florentem vidimus, & copioſè etiam in ſylva Valena: flores multi ſunt albi, & odorem habent roſæ moſchatæ. Invenimus etiam roſam cum floribus albis ſingularibus, foliis ſimiliter glabris.

ROSA pumila ſpinoſiſſima, foliis pimpinellæ glabris, flore albo I. B. in ſepibus vinearum luci Gramuntij copioſè oritur, & variis aliis in locis.

ROSA ſpinoſiſſima pumila flore rubro I. B. cynorrhodon polyacanthon LUGD. in Gramuntio nemore reperiri dicit LUGD. floris eſt tantùm varietas: in ramis ſylveſtrium roſarum oritur excrementum, quod *Bedeguar* dicitur, & ad calculum & urinæ difficultatem valere dicunt.

ROSMARINUS coronarius fruticoſus I.B. Monſpelij cum Epiroſmarino ſpontè reperiri tradit C.B. *in Pin.* & abundare Monſpelij I.B. cuius figura maximè vitioſa eſt; arida loca vulgò *Garrigues*, roſmarinum copioſè producunt; unde inquit LOB. *in Ad.* Roſmarino colles Nar-

bonenſis Provinciæ ornantur. Calidum & ſiccum eſt, capitis & uteri morbis adverſatur; ex floribus cum ſpiritu vini fit celebris aqua, vulgò *Eau de la Reine d'Hongrie*, quæ ad dolores externos ſedandos efficax eſt.

RVBIA tinctorum ſativa PIN. in hortorum, & ſatorum ſepibus extra portam Laterenſem ſæpiſſimè legimus. Aperientem ſtatuunt DIOSC. & GAL. Recentiores è contrà aſtringentem dicunt; in eo tamen conveniunt quòd vulnerariam eſſe arbitrentur, tantámque ei vim tribuit MATTH. referente DOD. ut thoracis, & inteſtinorum lethalia vulnera rubiâ curari poſſe ſperetur.

RVBIA ſylveſtris Monſpeſſulana major I. B. ſylveſtris aſpera PIN. Monſpelij paſſim provenire dicit I. B. in olivetis, ſenticetis, & vepretis circa Monſpelium notat LOB. *in Ad.* minor eſt iſta ſativâ, & copioſiſſimè oritur in ſepibus vinearum; foliis eſt aliquando longioribus, & anguſtioribus, aliquando verò latioribus & rotundioribus; folia circa nodos modò quatuor, modò ſex notavimus.

RVBIA ſylveſtris lævis PIN. ſylveſtris LVGD. Monſpelij vidit I. B. in ſepibus vinearum umbroſis ſæpiùs oritur.

RVBIA cærulea erectior, elatiórve I. B. aſperula cærulea arvenſis PIN. in ſatis menſe Maio cum flore paſſim reperitur.

RVBIA parva flore cæruleo ſe ſpargens I. B. aſperula arvenſis repens cærulea PIN. Monſpelij menſe Martio florentem vidit I. B. qui flores dilutè

lutè purpuraſcentes rectè illi tribuit; in pratis Laterae, & in ſatis circa urbem abundat: dum in ſatis pinguioribus oritur, major fit & erectior, & deſcriptioni Myagri alterius Dalech. LVGD. quod aſperulam hexaphyllon purpuream vocat C.B. *in Pin.* ſatis convenit. Stellariam quam LVGD. in ſalſis ſabuletis provenire notat, ad iſtam rubiam refert I. B.

RVBIA montana anguſtifolia B. *Prodr.* hanc Monſpelio habuit, ut dicit, foliis ſubtilioribus, brevioribus, & aſperiuſculis; ſimilem invenimus per æſtatem in vervactis circa *la Valette*, & in luco Gramuntio.

RVBIA cynanchica PIN. Gallium tetraphyllon montanum cruciatum COL. in ſiccioribus locis ultra pontem Salenovæ, circa Caſtrumnovum, *la Colombiere*, alibíque paſſim oritur, Iulio & Auguſto floribus purpureis, tum aliquando floribus albis.

RVBIA latifolia ſpicata PIN. ſpicata Cretica CLVS. *Hiſt.* copioſam collegimus in deſcenſu montis *Capouladou*, in locis quæ vulgò vocant *las rompudes*, Maio & Junio menſibus cum ſpica.

RVBIA anguſtifolia ſpicata PIN. Monſpeſſuli in collibus naſci dicit C.B. *in Prodr.* copioſè oritur in luco Gramuntio, & in colle *Ferran*, ultra pontem Caſtrinovi.

RVBIA ſpicata repens. Anno præterito inveni iſtam rubiam in ſatis cis patibulum viæ Caſtrinovi, menſe Auguſto; à duabus præcedentibus in eo differebat, quòd reperet, cùm aliæ

rectæ ſint, & quòd ſpicæ in iſta multò majores, longiores, & frequentiores eſſent; folia examinare non multùm licuit, quia jam ſicca erant; an ſit quædam varietas meliùs indagabimus.

Rvbia maritima Narbonenſium Ad. erythrodanum marinum Lugd. in ſquallidis maritimis ſabuletis Magalonæ, & *Perauls*, oriri rectè dicit Lob. *in Ad.* imò uſque ad montem Cetium, ut notat Clvs. apud mare abundare referunt etiam I. B. & C. B. *in Matth.*

Rvbeola maritima aſpera B. *Prodr.* copiosè in littore maris non longè Monſpelio occurrere teſtatur. Hanc nondum vidimus.

Rvbia quadrifolia verticillato ſemine I. B. aſperula verticillata luteola Pin. in ruderibus circa Boutonetum Aprili menſe collegimus, ſicut & in rupetis, *à la Colombiere*, alibíque copiosè.

Rvbvs vulgaris, ſive rubus fructu nigro Pin. nihil rubo vulgatius nôrunt dumeta, ut dicit I.B. in omnibus enim ſepibus abundat. Fructus immaturus refrigerat, & aſtringit; maturus verò temperatus eſt; magis aſtringunt folia. In ſylva Valena rubum vidimus cum floribus albis Iunio & Iulio menſibus, tota etiam planta albidior erat.

Rvbvs repens fructu cæſio Pin. in vineis nimium & inutiliter repit.

Rvscvs Pin. vulgò bruſcus, Monſpelij paſſim creſcentem rectè obſervaverat I.B. maximè prope Caſtrumnovum; plurimis enim in ſepibus conſpicitur. Calefacit & ſiccat tempe-

ratè, inter quinque radices aperientes numeratur; ſi aſparagi modo edantur turiones, quos vere emittit, aquas potenter eliciunt, & narrat I.B. ex BARTHOL. CABROLO, radicis uſu in aqua infuſæ, & cum vino potæ, unius menſis ſpatio, mulierem aſcite laborantem fuiſſe curatam.

RVTA ſylveſtris major PIN. Monſpelij provenire dicit I.B. abundat in locis dictis *Garrigues*. Calefacit & ſiccat tertio ordine, abominando odore propter quem fugam dæmonum vocavit I. Baptiſta SYLVATIC. *controver.* 76. hyſtericis prodeſt, veneno reſiſtit, affectibus cerebri à materia frigida ortis adverſatur, oleum colicos dolores mitigat.

RVTA ſylveſtris minor PIN. Peganium Narbonenſium AD. Monſpelij multis in locis provenire, ſed maximè prope *Caſtelnauf*, rectè teſtatur I.B. utrâque ſylveſtri rutâ ſcatere Monſpelienſes colles, & ſaxeos declives, ex LOB. *in Adv.* ſcripſit LUGD. tantam habere acrimoniam, ut eryſipelata, & papulas excitare valeat, dicit CLUS.

RVTA muraria PIN. ſalvia vitæ AD. in rupibus humidis ultra pontem Salenovæ, & in declivibus montis *Capouladou* copioſè oritur. Inter quinque capillares herbas numeratur, eaſdémque virtutes habere creditur.

Digitized by Google

S

SABINA major Monſpelienſium. Vide *Cedrus cupreſſi folio*.

SAGITTA aquatica minor latifolia PIN. minor LOB. *Ic.* in foſſis aquâ plenis ultra Lateram, ad lævam canalis qui vulgò dicitur *la roubine* Junio menſe vidimus.

SALIX alba perticalis vulgaris LVGD. vulgaris alba arboreſcens PIN. in pratorum Laterenſium marginibus tanta ſalicum eſt copia, ut nemus videatur. Refrigerant & ſiccant folia, ad hæmorrhagias ſiſtendas commendantur, ſicut & lotio pedum cum decocto foliorum, ad delirium.

SALIX latifolia infernè hirſuta I. B. platyphyllos leucophlæos LVGD. juxta Ledum amnem variis in locis occurrit.

SALIX humilis capitulo ſquammoſo PIN. Helice Theophr. LVGD. ſecus Ledum amnem prope molendina, in locis ſabuloſis & lapidoſis copioſiſſimè oritur, in cuius foliis Iulio & Auguſto menſibus, maximam copiam veſicularum ſubrubentium, magnitudinis parvorum ceraſorum vidimus.

SALIX anguſtis & longiſſimis foliis criſpis ſubtùs albicantibus I. B. ultra Salenovam ad fluvium *la Mauſſon*, abundat.

SALVIA maior PIN. maior ſcabrior Dioſc.

Digitized by Google

AD. in vineis Galliæ Narbonenſis ſpontè oriri teſtantur CAM. & AD. invenimus nos in marginibus ſabuloſis vinearum, ultra pontem Caſtrinovi, circa pagum *Grabels*, juxta fluvium *la Mauſſon*; & in collibus ad lævam, ultra Salenovam. Calidam & ſiccam eſſe ordine intenſo dicit DOD. Cephalica, & hyſterica eſt.

SALVIA vitæ. Vide *Ruta muraria*.

SAMBVCVS fructu in umbella nigro PIN. in hortorum, & vinearum ſepibus frequens eſt, & Maio ac Iunio floret. Sambucum calidum eſſe, odor & ſapor teſtãtur; interior cortex cum ſero lactis infuſus aquas hydropicorum educit; flores cum lacte macerati, eryſipelata curant; ſemen ſudorificum eſt, ex quo cum farina frumenti conficitur panis, quem in omni dyſenteria commendant plurimi.

SAMBVCVS humilis, ſive ebulus PIN. in quamplurimis ſatorum marginibus, & humidis locis ſecus Ledum amnem oritur. Virtutes habet ſambuci vulgaris.

SANICVLA Officinarum PIN. mas FVCHS. ſive diapenſia I.B. in herbidis declivibus montis *Caponladou* multa occurrit, & præcipuè ſub magnis rupibus prope fontem, qui vulgò dicitur *la font de Portes*. Calida & ſicca ſecundo ordine cenſetur; mira præſtare in vulnerum, & ulcerum curatione omnes arbitrantur.

SAPONARIA vulgaris I.B. maior lævis PIN. juxta Ledum amnem in herbidis marginibus abundat, & Iunio, Iulio & Auguſto menſibus copiosè floret. Calida & ſicca eſt, abſtergit, ma-

Digitized by Google

culas unctuoſas veſtium tollere affirmet I. B.

SATUREIA ſativa I.B. hortenſis, ſive cunila ſativa Plinij PIN. in vervactis circa Salenovam, & *la garrigue du Tarral*, ſub finem æſtatis paſſim reperitur.

SATVREIA montana floſculis candidis PIN. durior I.B. cujus figura tranſpoſita eſt; non longè Monſpelio provenire dicit C.B. *in Matth.* paſſim oritur in locis vulgò *Garrigues*, ultra pontem Salenovæ, circa *la Colombiera*, *la Valette*, & circa montem Lupi, Auguſto & Septembri menſibus floret. Calida & ſicca tertiò gradu cenſetur, attenuat, aperit, diſcutit; ſiccata folia condimentis inſerviunt.

SCABIOSA major hirſuta folio laciniato I.B. major flore ex cæruleo purpureo TAB. cujus figura noſtram ſcabioſam optimè repræſentat; quam invenimus pedalem & ſeſquipedalem Julio menſe florentem in marginibus ſatorum circa diverſorium, in loco dicto *lou Caſtel de ſant Martin.*

SCABIOSA minor vulgaris I.B. minor ſive columbaria LOB. *Ic.* malè addit C.B. *Pin. in ſynonymis*, ſcabioſam mediam ſerrato anguſto folio, flore globulariæ AD. quam alibi rectiùs ſub Rapunculo cæruleo ſcabioſæ capitulo poſuit; prope Monſpelij portam Ægidiam ad rivulum, & agrorum margines plurimam oriri teſtatur LOB. *in Ad.* in marginibus omnium ferè ſatorum cubitalis, & bicubitalis tota æſtate, & autumno reperitur. *Hanc plurimùm utuntur Pharmacopœi Monſpelienſes*, ut inquit LOB. *propter*

majoris ſcabioſæ ponuntur, non modò ad ſanguinem ſerum putridum deſiccandum; & thoracem, pulmonesque congerie pituitoſâ expediendos, ſed etiam ad morpheam, Arabicaſque elephantiaſes, & Græcorum lepras, ſquammulaſve reprimendas. Hæc Lob. in peſtilentibus febribus magni eſt uſus, imò folia carbunculis imponuntur non ſine ſucceſſu.

Scabioſa capitulo globoſo, foliis in tenuiſſimas lacinias diviſis Pin. nomen iſtud C. B. optimè ſcabioſæ noſtræ Grammuntianæ convenit; figura Tab. ſcabioſæ minoris quartæ ſatis quadraret, ſi cauliculis folia adderentur; in luco Grammuntio, & aliis in locis ſterilibus copiosè oritur.

Scabioſa maritima parva I. B. copioſam invenimus in noſtris maritimis, præcipuè verſus Cetium montem; folia habet glabra, carnoſa, virentia, tenuia, laciniata, & plurimum accedit ad deſcriptionem ſcabioſæ quintæ Clus. nec minùs ad ſcabioſam maritimam rutæ caninæ folio Paul. Boccon.

Scabioſa montana calidarum regionum major Lob. I. B. & ſcabioſa glabra foliis rigidis viridibus ejuſdem, copiosè oritur in colle *Ferrier* ultra pontem Caſtrinovi, verſus *la Colombiere*, *Monnau*, *la Valette*, & Salenovam, ubi Julio, Auguſto, & Septembri menſibus floret.

Scabioſa annua integrifolia, ſive foliis Bellidis. Ex radice annua caulis rectus exurgit ſeſquipedalis, & cubitalis, hirſutus, quem folia

Digitized by Google

in ſingulis geniculis bina, oppoſita ambiunt; inferiora Bellidis ſunt ſerrata, hirſuta; ſuperiora longiora, ſimiliter ſerrata: caulis in quoſdam ramulos dividitur, flores, ut in ſcabioſa vulgari ſuſtinentes, pallidè cæruleos; quibus ſuccedit ſemen aliarum more: in ſegetibus eundo *à la Colombiere*, Maio menſe florentem inveni, & verſus Ledum amnem.

Scammonia Monſpeliaca foliis rotundioribus Pin. Monſpel. Lob. *Ic.* Lugd. Cam. & aliorum plurimorum, ſcammonea Monſpeliaca flore parvo I. B. in maritimis noſtris plurimi Authores rectè notant. In ora maritima oriri dicit Lvgd. cum ſcilla, peplo, & pancratio, ſed quid ſibi vult per ſcillam, quæ non oritur in noſtris maritimis? Auguſto menſe florentem legimus. Succo concreto purgationes moliebantur quidam, ut refert Lob. *in Ad.* majori doſi quàm veri ſcammonij, & minori effectu.

Scandix ſemine roſtrato vulgaris Pin. pecten Veneris I. B. circa Monſpelium paſſim in ſegetibus Martio florentem, & Aprili ſiliquas ferentem, rectè obſervavit I. B. Calida & ſicca cenſetur, urinas movet, & obſtructiones ſolvit.

Scandix Cretica minor Pin. Anthriſcus Plin. Clvs. Aniſomarathrum Apulum Colvm. in ſaxoſis circa Monſpelium obſervavit C. B. *in Prodr.* odore fœniculi, in agris verò ſine odore; in ſterilibus circa *la Colombiere*, & in colle *Ferran*, aliiſque in locis vere invenimus, quæ ſuavem habet odorem aniſi, imò & ſaporem.

Digitized by Google

SCOLOPENDRIA vulgaris. Vide. *Lingua cervina.*

SCOLYMUS THEOPHR. & eryngium luteum Monſpelienſe AD. ſcolymus THEOPHR. Narbonenſis CLVS. circa Monſpelium valde luxuriantem CLVS. LVGD. C.B. *in Pin.* & I.B. qui ſpinam luteam vocat, rectè teſtantur. Ubique paſſim æſtate, & autumno floret. De iſto quia vivax eſt, intelligendus eſt CLVS. dum tenellam adhuc plantam, & primùm germinantem cum ipſa radice lotam, crudam, aut cum carnibus coctam edi refert, ac ipſius lacteo ſucco omne lactis genus coagulari, & flore crocum adulterari.

SCOLYMUS chryſanthemos annuus. Scol. Theophr. Hiſpanicus CLVS. rectè diſtinximus plantam annuam à vivaci. Inter *Monbaſen*, & *Villemagne*, frequentem vidimus, & circa pontem Villænovæ in ſatorum marginibus.

SCORDIUM PIN. Monſpelij vidit I. B. in pratorum foſſis, in ipſis etiam humidioribus pratis abundat. Calidum & ſiccum eſt, & in febribus malignis multùm commendatur.

SCORPIOIDES, an Crate væ Telephium AD. Telephium Dioſc. ſeu ſcorpioides, ob ſiliquarum ſimilitudinem PIN. ſcorpioides portulacæ folio ejuſdem; ſpontè in agris cultis circa Caſtrumnovum Aprili & Maio florere dicit I.B. Monſpelienſibus cùm ſatis, tum vinetis Laterenſi portæ familiarem, poſt LOB. *in Ad.* notat LVGD. in ſatis paſſim vere oritur.

SCORPIOIDES repens bupleuri folio AD.

ſiliquâ campoide hiſpidâ I. B. in olivetis & aridis montoſis Monſpelij frequenter occurrere dicit Lob. *in Adv.* & prope patibulum, & *Caſtelnau*, in colle juxta viam, ad ripam fluvij invenit I. B. plurimis in locis nos invenimus, in ſqualidis ſcilicet circa Salenovam, *la Colombiere*, Gramuntium, alibique.

Scorzonera. Vide *Tragopogon.*

Scrophularia nodoſa fœtida Pin. vulgaris & major I. B. invenitur ſub rupibus umbroſis montis *Caponladou*, præcipuè verſus fontem, qui vulgò dicitur *la font do Porto*, prope fluvium *Herau*. Ad ſtrumas, & hæmorrhoidas ſanandas adhibetur.

Scrophularia aquatica major Pin. maximâ radice fibroſâ I. B. cujus figura tranſpoſita eſt; betonica aquatilis Dod. Monſpelij ad foſſas aquarum Maio & Junio florere dicit I. B. abundat in rivulo prope urbem, & in Ledo amne. Calida & ſicca eſt, ad ulcera ſananda plurimùm commendatur. Vulgò, *l'herbe dau ſege.*

Scrophularia urticæ folio Pin. flore rubro Cam. I. B. juxta rupes quaſdam umbroſas montis Ceti verſus mare, Maio menſe collegimus.

Scrophularia, ruta canina dicta vulgaris Pin. Monſpelij obſervavit I. B. ibique rutam caninam dici ex Gesn. refert, paſſim in collibus prope pontem Caſtrinovi circa patibulum Aprili & Maio florens.

Digitized by Google

SECALE hybernum PIN. in agris paſſim ſeritur, omnibúſque notiſſimum eſt, vulgò *Seguie*. Panis ex ſecali confectus, lentoris, atque nonnihil obſtruentis naturæ obtinet, difficultérque concoquitur, ut dicit DOD.

SECVRIDACA dumetorum major flore vario, ſiliquis articulatis PIN. in herbidis ſub monte *Capouladou*, juxta fluvium Julio menſe cum flore nobis ſæpiùs occurrit.

SECVRIDACA lutea minor corniculis reflexis PIN. Aſtragalus Monſpelianus CLVS. quoad iconem, circa urbem in ſatorum marginibus, & circa Salenovam copioſè oritur, & Maio menſe floret.

SEDVM minus luteum folio acuto PIN. minus quintum CLVS. vulgò dicitur Sempervivum minus, copioſè oritur in vinearum, & ſatorum muris; vulgus vocat *de ris ſauvage*. Inter acetaria multis in locis recipitur, æſtuanti ventriculo conferre dicit DOD.

SEDVM minus luteum flore ſe circumflectente I.B. quartum CLVS. aizoon ſcorpioides LOB. *Ic.* paſſim iſtud etiam oritur, in muris ſatorum, & vinearum.

SEDVM Alpinum flore pallido PIN. ſextum CLVS. iſtud invenimus in deſcenſu montis *Capouladou à las Cambrettes*, Julio menſe florens, quod cum deſcriptione CLVSII convenit, niſi quòd flores ſunt potiùs ex albo, quàm ex luteo palleſcentes; figura autem CLVS. noſtram non repræſentat.

Digitized by Google

SEDVM minus teretifolium album PIN. minus folio longiuſculo tereti flore candido I.B. in hortorum, & ſatorum muris copiosè oritur, & æſtate floret. Maiorem ſpeciem in parietinis Monſpelienſibus paſſim invenit I.B. quam vocat ſedi minoris albi Monſpeſſulana ſpecies maior, folio acuto.

SEDVM minus folio circinato PIN. parvum folio circinato, flore albo I.B. Aizoon daſyphyllum LVGD. in muris ſuburbiorum ad portas urbis ptotenſis obſervavit CLVS. plurimis in locis nos ſæpiùs vidimus.

SEDVM parvum acre flore luteo I. B. minus octavum cauſticum CLVS. circa Boutonetum paſſim oritur, & æſtivis menſibus cum flore totos ceſpites occupat. Calidum istud & acre eſt.

SEDVM minimum luteum non acre I. B. ſempervivum minus vermiculatum inſipidum PIN. in iiſdem ferè locis cum ſuperiori oritur, & eodem tempore floret.

Digitized by Google



Digitized by Google

SEDVM annuum minimum ſtellatum rubrum. Parvula eſt planta, à nemine quod ſciam deſcripta, uncialis aut biuncialis, ut in noſtra figura videre eſt, quæ veram magnitudinem repræſentat, quamvis raro adeò ramoſa ſit, ac in figura pingitur, utplurimum enim unicum cauliculum habet; folia craſſa & ſubrotunda ſunt, inter quæ floſculi albidi oriuntur, ſatis magni pro plantulæ modo, quibus ſtellulæ rigidæ rubræ ſuccedunt, quas noſtra figura ritè exprimit, in quibus parvum ſemen continetur. Annua eſt planta, quam Maio menſe cum flore & ſtellulis ſæpiùs invenimus in ingreſſu luci Gramuntij, ſub ilicibus cum muſco.

SEDVM tridactylites Alpinum minus B. *Prodr*. rectè dicit collectum fuiſſe in monte Lupi, ubi copiosè florens Julio menſe legimus, in ipſis rupium fiſſuris.

SEDVM tridactylites tectorum PIN. Paronychia rutæ folio AD. in muris vinearum umbroſis & humidis, præcipuè circa Boutonetum vere ſæpiſſimè invenimus.

SENECIO minor vulgaris PIN. vulgaris, ſive erigeron I.B. florentem vidit Monſpelij: vere, & autumno paſſim ubique reperitur; folia cum floribus refrigerare dicit DIOSC. & teſtium ac ſedis inflammationes ſanare.

SERPYLLVM vulgare repens CLVS. *Hiſt.* vulgare I. B. Monſpelij florens Iulio & Auguſto menſibus obſervavit I. B. in campeſtribus verſus montem Lupi collegimus, & in monte *Capouladou*, ubi maioribus & latioribus foliis

Digitized by Google

onatur, vulgò *ſerpoulet*; vidimus cum floribus lbis. Calidum & ſiccum cenſetur in principio ertij gradus; urinam, & menſes movet.

Serpyllum longifolium hiſpidum I.B. an ſerpyllum Narbonenſe foliis & facie anguſtifolij thymi noſtratis Lob. *Obſ.* quod in ericetis Ægidij pagi, vulgò *ſaint Gilles*, agri Monſpelienſis inveniri tradit; ſed folia hiſpida, ſive piloſa eſſe non dicit, ſicut in noſtro ſerpyllo ſunt, quod exprimit figura I.B. invenimus Iunio menſe copioſè florentem in ſquallidis & incultis viæ montis Lupi.

Serratula Pin. in pratis circa Melgorium, vulgò *Mangio*, & in herbidis locis montis *Capouladou* oritur. Ad ulcera mundificanda prædicat Matth. tincturis etiam inſervit.

Seseli Maſſilienſe folio fœniculi craſſiore. Ad. fœniculum tortuoſum Monſpelienſium I. B. in aſperis agri Monſpelienſis oriri dicit Lob. *in Ad.* & poſt eum Lugd. & C.B. *in Matth.* Monſpelij copioſè paſſim provenire rectè notavit I.B. Auguſto menſe reperitur in marginibus ſatorum tum floribus albis, tum purpureis. Hujus ſemine utimur ad theriacæ confectionem. Calidum & ſiccum eſt, menſes & urinam movet.

Seseli pratenſe Monſpelienſium Ad. Lugd. & Cam. in pratis frequenter occurrere teſtatur Lob. *in Ad.* in omnibus ferè pratis nihil vulgatius reperitur.

Seseli Creticum tordylion Ad. Creticum minus Pin. caucalis minor pulchro ſemine I.B.

U. L...ERT

paſſim in ſegetibus Narbonæ, ſecúſque vias frequens occurrere notat Lob. *in Ad.* ſpontaneum quoque Monſpelij vidit I. B. Copiosè oritur in vinearum marginibus, præcipuè circa pontem Caſtrinovi, fructicoſius multò, longioribúſque foliis, & bicubitalibus caulibus in pratis Laterenſibus Monſpeliaci agri occurrere dicit Lob. *in Obſ.* Quod

Seseli Creticum majus, ſive Tordylion Lob. *Obſ.* differentiam (ſi quæ ſit alia quàm magnitudinis) nondum obſervare potuimus.

Seseli Æthiopicum ſalicis folio Pin. Æthiopicum fruticoſum folio periclymeni I.B. ad Ceti montis radices quæ in ſtagnum vergunt, fruticare refert Lvgd. quod teſtatus fuerat Lob. *in Ad* Copioſum etiam nos invenimus Auguſto menſe florens in monte Cetio, verſus ſtagnum, & verſus mare. Semen Maſſilienſi odoratius & acrius eſt, ideò ad theriacam efficacius eſſe, credit Lob. *in Ad.*

Sideritis vulgaris hirſuta I.B. vulgò dicitur Tetrahit, & herba Iudaica; Monſpelij menſe Iunio florentem obſervavit I. B. in herbidis collibus juxta Ledum amnem ultra pontem Caſtrinovi, & in colle *Ferran* copiosè reperitur. Ad vulnera, & hernias commendatur; vehementer exſiccat, ideò ad alba menſtrua ſiſtenda convenit.

Sideritis Monſpeliaca ſcordioïdes Ad. Monſpeſſulana I.B. qui figuram habet ſcrophulariæ radice fibroſâ; ad ripas devexas patibuli Monſpeliaci, ſquallidóſque margines, & colles

prope

Digitized by Google

prope urbem, & Caſtrumnovum multam oriri rectè dicit Lob. *in Ad.* quod refert etiam I. B.

Sideritis verticillis ſpinoſis I. B. abundat hæc tota æſtate in omnibus ferè ſiccioribus locis quæ *Garrigues* vocamus.

Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra Pin. Ladanum ſegetum Lugd. vidit Monſpelij I.B. floribus rubris, & floribus albis in ſatis, præcipuè circa Salenovam vulgatiſſima eſt.

Sideritis ſalviæ folio noſtras Donat. Park. Hort. Reg. Bles. Auct. æſtate florentem vidimus in maritimis ſabuloſis inter *Perauls*, & *Maugio.*

Sigillum Salomonis. Vide *Polygonatum.*

Siler montanum Officinarum Ad. liguſticum, quod ſeſeli Officinarum Pin. in rupibus ſub monte *Capouladou* ſæpiùs legimus, majoris eſſe efficaciæ quàm ullum ſeſeli putat Lob. *in Ad.* & ad menſes ciendos commendat.

Siliqua ſylveſtris rotundifolia Pin. arbor Iudæ Monſpelienſium Ad. arbor Iudaica I. B. cujus figura tranſpoſita eſt: in collibus, & inter ſepes Narbonenſis Galliæ annotant Lob. *in Ad.* & Clus. & à peritioribus Monſpelij Colyteam Theophr. putari dicit Clus. juxta fluvium *la Mauſſou* verſus Salenovam Martio, & Aprili menſibus flores profert qui aceto condiuntur.

Sinapi ſiliquâ latiuſculâ glabrâ, ſemine ruſo, ſive vulgare I. B. Monſpelij obſervavit I. B. circa Lateram in marginibus pratorum, & ſatorum copioſè oritur. Calefacit & ſiccat ve-

Q

ſementiſet, ſemine in condimentis utuntur, ad appetitum excitandum, vulgò *Moutarde*.

Sinapi Monſpeſſulanum ſiliquâ aſperâ hirſutâ I.B. parvum ſiliquâ aſperâ B. *Prodr*. obſervavit iſtud Cherler. ut notat I. B. in udis foſſulis inter Monſpelium, & Thermas Balerucanas. Invenit etiam circa Monſpelium C.B. & nos inter Lateram & *Perauls* in humidis collegimus.

Sion, ſive Apium paluſtre foliis oblongis Pin. ſion umbelliferum berla Monſpelienſium I.B. vulgò Berula dicitur; in rivulis, & Ledo amne copiosè Iulio & Auguſto menſibus floret: dum adhuc tenera ſunt folia, vere acetariis inſerviunt; urinas movet, & arenulas pellit.

Sison, ſive Officinarum Amomum I.B. invenimus circa pratulum, quod reperitur ultra pontem Caſtrinovi viâ quà itur ad lucum Gramuntium. Ad urinæ difficultatem; & menſes movendos commendatur.

Smilax aſpera rutilo fructu Clus. fructu rubente Pin. Monſpelij vidit I. B. inter ſepes circa Salenovam, Caſtrumnovum, lucum Gramuntium, alibique copioſa eſt. Ad luem veneream radice multos uſos fuiſſe non ſine ſucceſſu, narrat Clus.

Smyrnium Dioſc. Pin. vulgò Oluſatrum & Apium Macedonicum dicitur; in foſſis humidis vinearum circa *Monteils*, quà itur ad pontem Villænovæ copiosè oritur. Calidum & ſiccum eſt, eadem præſtat quæ apium, ſed efficaciùs.

Digitized by Google

SOLANVM Officinarum baccis rubris PIN.

SOLANVM baccis nigricantibus PIN. vulgò morella dicitur; in ſabuloſis circa urbem utrumque paſſim reperitur. Frigidum eſt, humores acres & malignos, ulcera ſerpentia, & cancros producentes temperat, & reprimit.

SOLANVM veſicarium PIN. SOL. halicacabum vulgare I.B. vulgò alkekengi; in marginibus quibuſdam vinearum inter Frontignanum, & Thermas juxta ſtagnum vidimus. Celebris baccarum uſus contra dolores nephriticos.

SOLANVM ſcandens ſeu Dulcamara PIN. glycypicros, ſive amara-dulcis I. B. Circa Monſpelienſium AD. in ruderibus, maceriis, & macilentis, præcipuè portæ Laterenſis annotat LOB. *in Ad.* & LVGD. vidit etiam Monſpelij I. B. oritur copioſè in quamplurimis vinearum ſepibus. Ad vulnerum, & ulcerum curationem miræ eſt efficaciæ.

SOLANVM ſomniferum & lethale, *Belladonna* Italorum AD. in herbidis rupibus in aſcenſu montis Lupi, & declivibus umbroſis montis *Capouladou* ſæpiùs legimus; obſervavit etiam Monſpelij I. B. baccæ præſentiſſimum ſunt venenum.

SOLANVM fœtidum pomo ſpinoſo oblongo PIN. Stramonia altera major, ſive Tatura quibuſdam I.B. ſparſim circa urbem vidimus, ſed præcipuè prope pagum *Vic*, circa paludes. Semen mentem alienat per aliquot tempus, à quo maximè cavendum.

Digitized by Google

SOLDANELLA maritima minor PIN. braſſica marina, ſive ſoldanella I. B. ad mare Monſpelij æſtate florere refert I. B. in tota ora maritima vulgaris eſt. Calida eſt, aquas hydropicorum potentiſſimè educit; cautè tamen uſurpanda, quia ventriculo nocet, ideò cum ſtomachicis miſcenda.

SONCHVS aſper laciniatus, & non laciniatus PIN. non laciniatum aſperum Monſpelij Aprili menſe florentem vidit I. B. in humidis herbidis locis circa urbem paſſim oritur.

SONCHVS aſper laciniatus Creticus B. *Prodr.* an chondrillæ Creticæ nomine miſſa ſemine criſpo I. B. quam Monſpeſſuli florentem obſervavit menſe Octobri: invenimus copiosè florentem Maio menſe, in marginibus vinearum circa *Monnau*, & *la Colombiere*, qualem optimè figura C. B. repræſentat.

SONCHVS aſper ſubrotundo folio B. *Prodr.* qui Monſpeſſuli majorem, & minorem ſpontè naſci refert; & ſonchum aſperum vulgi, flore hieracij nominari dicit; iſtum non vidimus.

SONCHVS lævis laciniatus latifolius PIN. vidit Monſpelij I. B. iſte paſſim ubique provenit, omnibúſque notus eſt. Vulgò *Lachettes.* Refrigerant ſonchi, & aſtringunt, ut ait DIOSC. æſtuanti ſtomacho proſunt.

SONCHVS alter folio profundis laciniis ſinuato hederaceo LOB. *Obſ.* lævis laciniatus muralis parvis floribus PIN. Maio menſe florentem invenimus in rupibus umbroſis Valenæ ſylvæ, circa *Caravettes*, & in monte *Capouladou.*

Digitized by Google

Sonchvs. lævis in plurimas & tenuiſſimas lacinias diviſus B. *Prodr.* Chondrilla lutea I. B. cujus figura non placet; eum Monſpelij ad muros rectè annotârunt fratres; ſiquidem in ipſius urbis mœniis copioſiſſimè toto ferè anno floret.

Sonchvs anguſtifolius maritimus B. *Prodr.* æſtatis initio collegit circa Monſpelium C.B. in noſtris maritimis inter juncos copiosè repit, & Auguſto menſe floret.

Sonchvs villoſus luteus major Pin. lanatus Dalech. Lugd. invenit Monſpelij prope *Perauls* in ſaxoſis & apricis florentem Iunio menſe I. B. abundantem vidimus in ſaxoſis ſterilibus circa lucum Gramuntium, & in ipſo luco, ubi etiam minorem obſervavit C. B. ut notat *in Prodr.*

Soncho affinis Lampſana domeſtica Pin. in umbroſis circa Lateram, Salenovam, & pontem Caſtrinovi plurima oritur. Siccat & aſtringit, ad papillas ulceratas ſanandas efficacem eſſe dicit I. B.

Sorbvs ſativa Pin. in omnibus ferè vineis reperitur; florentem Monſpelii Aprili menſe videbat I. B. cuius vitioſa figura, quæ fructus ſingulares appingit; fructus Septembri menſe venalis eſt; refrigerat, ſiccat, & aſtringit vehementer, alvi profluvia ſiſtit.

Sparganivm ramoſum Pin. in aquis Ledi amnis paſſim oritur. Frigidum & ſiccum eſſe dicit Trag. & ad alvi fluxus utile.

Spatvla fœtida. Vide *Iris.*

Stachys major Germanica Pin. ſpicatis

Digitized by Google

circinatóque ambitu, cinctis floribus purpureis, & luteis Ad. paſſim ſponte in aſperis non procul *Perauls*, & Magalonam floribus purpureis, & floribus luteis occurrere teſtantur Lob. *in Ad.* & Lugd. nos floribus purpureis variis in locis vidimus; præcipuè ultra pontem Caſtri-novi.

Stachys paluſtris fœtida Pin. Marrubium aquaticum acutum Ger. in rivulis circa Lateram copioſè oritur. Ad vulnera ſananda commendatur.

Staphisagria Matth. Monſpeſſuli ubivis naſcentem dicit Lugd. quam rarò nos invenimus in ſabuloſis inter pontem Caſtrinovi, & lucum Gramuntium, at copioſiùs circa pagum *Aſſas*. Ad pediculos omnis generis enecandos quantùm valeat, Authores ſatis prædicant.

Stœchas Arabica vulgò dicta I. B. modò brevioribus, modò longioribus ligulis in luco Gramuntio, & in omnibus ferè aliis ſterilibus locis Maio menſe reperitur; *Magnâ cum voluptate*, inquit Lob. *in Ad. luſtravimus florentes ſtœchade, purpuraſcentes colles Narbonæ, ubi tanto proventu ſcatet, ut etiam clibanis calefaciendis ſatis ſuppetat.* Calefacit & ſiccat; cephalica eſt, urinam & menſes ciet.

Stœchas Arabica cum ligulis albis; an Stœchas latifolia flore albo Pin. pulchram hanc Stœchadis Arabicæ varietatem Maio menſe florentem invenimus, circa pagum dictum *Pignan*, quà inde redeundo itur verſus pagum *Sum*

Nardi, in ſterilibus locis, & lapidoſis vinearum marginibus; tota planta vulgari albidior eſt, capitulum fert eiuſdem magnitudinis & figuræ, ſed viride, cum quadruplici florum purpuraſcentium ordine, ligulæ autem quæ è capitulis oriuntur, niveæ ſunt.

STŒCHAS odorata purpurea D. Peliter. LOB. *in Illuſtr.* in monte Cetio verſus Septentrionem inter ilices cocciferas, & arbutos ſolummodò viſam teſtatur; invenimus nos in monte Cetio, in ſterilibus circa *la Colombiere*, verſus Salenovam prope *Foncaude*, & alibi. Pulcherrima eſt planta quæ potiùs ſtœbe roſmarini folio vocari debet, & quantum à ſtœbe capitata roſmarini folio PON. differat, non auſim dicere.

STYRAX folio mali cotonei PIN. non procul ab eo religioſo Templo, quod incolæ vocant *las Maries*, ultra *Aguemortes*, oriri teſtatur LVGD. quamvis autem procul à Monſpelio diſtet, quia rara eſt, eam hîc apponere voluimus, ut eam Curioſi invenire poſſint.

SVCCISA ſive morſus diaboli I. B. invenit in prato quodam circa Monſpelium I. B. nos in humidioribus pratis copioſam vidimus glabram, & hirſutam, cum floribus cæruleis, & cum floribus albis. Calida & ſicca eſt, ſcabioſæ virtutes habere, & ſanguinis grumos diſſolvere dicitur.

SYMPHYTVM, ſeu conſolida major flore pallidè luteo PIN. Monſpelii vidit I. B. abundat in pratis circa Lateram, & iuxta Ledum amnem. In omnis generis vulneribus, rupturis, & fracturis oſſium utiliſſima cenſetur.

Digitized by Google

Symphytum maius tuberoſâ radice Pin. cum priori multis in locis oritur, miraculoſum eſſe ad conſolidationem, & coniunctionem carnium & oſſium, ex Anguillar. refert I. B.

T

Tamariscus Narbonenſis Ad. Myrica circa Monſpelium Gesn. Hor. in Gallia Narbonenſi ſtagno Volcarum vicino obſervavit Clus. magnáſque eius arbores circa Monſpelium vidit I. B. copioſè oritur iuxta ſtagnum. Calefacit & ſiccat, ſplenicus, & diureticus eſt.

Tanacetum montanum inodorum flore minore Pin. invenimus circa lucum *de Corpoiran*, ultra Salenovam *à la Garrigue de la Valette*, & copioſiùs in ſylva Valena Iunio & Iulio florens.

Tapsus Barbatus. Vide *Verbaſcum*.

Taraxacon. Vide *Dens Leonis*.

Terebinthus vulgaris Pin. in ſylvis *Aigremont*, & Valena ſpontè naſcentem ſæpiſſimè vidit, & flores, folliculos, fructum, atque cornicula legit I. B. imò verno tempore ex tenellis ramulis lac emanare dicit, quod conchis exceptum & aſſervatum, in limpidiſſimum, tenacem, & reſinoſum laticem abiit, non paucam etiam terebinthinam lucidam ex arboribus in Valena ſylva ſauciatis extillâſſe, refert Lob. *in Ad.* vulgò *Pudis*.

Digitized by Google

TEREBINTHUS major piſtachiæ folio AD. in ſylva Valena oritur, & non ſolùm folia latiora & rotundiora, quàm vulgaris, habet, ſed & fructum duplò & triplò majorem, quidquid dicat LOB. *in Ad.* rarò autem cum fructu videtur, quia ſylvæ illius arbores certis annorum intervallis exſcinduntur, ita ut ad iuſtam magnitudinem pervenire non poſſint, ut fructum producant; hanc idcircò, quia ſine fructu paſſim videre licet, Terebinthum Narbonenſem ſterilem vocavit HORT. REG. PARIS. uterque hyeme folia deponit.

TEUCRIUM vulgare fruticans PIN. in ſaxoſis aſcendendo ad montem Lupi invenimus, in colle etiam in quo oritur libanotis cachryophora, & in ſaxoſis iuxta Ledum amnem prope *la Valette*.

THALICTRUM pratenſe maximum Monſpelienſium aſperioribus foliis HORT. REG. BLES. an Thalictrum pratenſe elatius, longioribus, & magis atris foliis, & quodam modo ſplendentibus CLUS. in pratis ad lævam parum ultra Lateram ſitis abundat, Iunio & Iulio floret.

THALICTRUM minus PIN. Ruta pratenſis tenuifolia AD. in herbidis ultra pontem Caſtrinovi, juxta Ledum amnem, in umbroſis circa Lateram, & alibi oritur. Ad vulnera, & ulcera commendatur.

THAPSIA quorundam hirſuta & aſpera cicutæ folio, flore luteo, ſemine lato I. B. cujus vitioſa figura; ſeſeli Peloponenſe cicutæ folio

Digitized by Google

AD. vulgò Thapſia montis Ceti vocatur; ad montem Lupi, & juxta ædes ſacelli in declivibus ſalebroſiſque inſulæ montis Ceti, quà mari ſe pandit, copioſam oriri, poſt LOB. *in Ad.* dicit LVGD. & à C. Bauhino fratre in monte Cetio inventam fuiſſe refert I. B. invenimus nos ſæpiùs in monte Cetio, in herbidis declivibus verſus portum nuper ibi extructum; & multò minorem circa montem Lupi, prope diverſorium dictum *Trivies*, juxta prædium dictum *Cecoles*.

THLASPI Vaccariæ incano folio minus B. *Prodr.* in agris Monſpelienſibus reperiri dicit; invenimus nos copioſum in ſylva Valena, viâ quà itur ad pagum *Viols*, Maio menſe cum flore; & multò majus in plurimis ſatis circa urbem. Calidum & ſiccum eſt, attenuat, incidit perinde ac naſturtium.

THLASPI villoſum capſulis hirſutis B. *Prodr.* Monſpeſſuli ſpontè natum collegit; in luco *la Colombiere* ſæpè collegimus, ſed abundantius in Valena ſylva.

THLASPI arvenſe perfoliatum majus PIN. oleraceum TAB. burſa paſtoria foliis perfoliatæ I. B. Monſpelij Martio menſe florens, & capſulas ferens obſervavit I. B. copioſè reperitur primo vere in vineis ſupra Boutonetum, & aliis quamplurimis.

THLASPI umbellatum naſturtij folio Monſpeliacum PIN. ad montis Lupi radices copioſè florere, ex LOB. *in Ad.* narrat LVGD. vidit

Digitized by Google

etiam I.B. prope *Caſtelneuf*, & inter *Peruuls* & Monſpelium; copioſum in ſatis vidimus, præcipuè circa Caſtrumnovum, & Lateram, floribus vel albis, vel ex albo violaceis, aut purpureis.

Thlaspi Alyſſon dictum campeſtre minus Pin. copioſè oritur circa Boutonetum, & in marginibus ſatorum vere floret.

Thlaspi Alyſſon dictum minus, capſulis majoribus rotundis, non foliatis; Thlaſpi montanum luteum I.B. in priori juxta capſulam quatuor adſunt foliola viridia, in iſto verò nulla ſunt, capſulæ etiam multùm differunt: in iiſdem locis reperitur, & eodem tempore floret. Addit I.B. Thlaſpi montanum minimum Monſpelienſium folio laciniato, circa *Boutonet* collectum, quid ſit ignoramus.

Thlaspi Narbonenſe centunculi anguſto folio Ad. maritimum Lugd. vidit florens apud mare, & locis arenoſis, & ſalſugine abundantibus I.B. cujus figura tranſpoſita eſt, unde ipſi attulerat C.B. in aridis viarum crepidinibus prope Caſtrumnovum obſervaverat Lob. *in Ad.* in toto tractu maritimo vulgare eſt.

Thlaspi fruticoſum ſpinoſum Narbonenſe Lob. *Ic.* in ſterilibus cautibus, rupibúſque prope Monſpelium fruticare dicunt Lob. *in Obſ.* & Lugd. & rectè I.B. in montis Lupi præruptis ſaxis collectum notat; ubi nos menſe Maio florens ſæpiùs legimus.

Thlaspi Alpinum minus capitulo rotundo

Digitized by Google

Pin. in declivibus montis *Capouladou à las Cambrettes*, inter rupes cum flore & ſemine Maio & Junio menſibus legimus.

Thlaspi parvum ſaxatile flore rubente Pin. Lithothlaſpi quartum, carnoſo rotundo folio Colum. in iiſdem declivibus montis *Capouladou* abundat, ſicut & circa *Grabels*, juxta fluvium, in ſatis ſub magnis rupibus ſitis, & Maio floret.

Thlaspi parvum Hieracifolium, ſive Lunaria lutea Monſpelienſium Ad. Lunaria biſcutata I.B. iſtud obſervavit Monſpelij ſecus viam quâ itur Frontignanum, & ad montem prope *Caſtelneuf* I.B. in pratis etiam ſecus Ledum amnem, & Gramuntium lucum colligebat Lob. ut dicit *in Ad.* in omnibus ſterilibus vulgò *Garrigues* paſſim oritur.

Thlaspi clypeatum ſerpylli folio Pin. Lunaria peltata minima I.B. nuſpiam nobis iſtud viſum, inquit Lob. *in Ad.* niſi in agro Narbonenſi, Monſpelienſique, locis ſqualidis & ſabuloſis, prope puſillas anchuſas; thecis in ſummo magis compactis Monſpeſſuli legit C.B. ut dicit *in Pin.* plurimis in locis Maio menſe collegimus, ut circa *la Colombiere*, in colle *Ferran*, & aliis.

Thymelæa Monſpeliaca I.B. foliis lini Pin. in toto Narbonenſis Galliæ tractu notant Ad. & Clus. circa Monſpelium etiam copioſam vidit I. B. in omnibus *Garrigues* abundat, æſtate floret; collegimus etiam menſe Septem-

Digitized by Google

bri cum flore & fructu. Cognatæ naturæ thymelæam, & Chamelæam, dicit LOB. *in Ad.* & eius grana, antiquis grana gnidia vocari; radicis cortice utuntur plurimi ad humores ſeroſos exauribus perforatis attrahendos; utuntur tinctores thymelæâ ad luteum colorem conciliandum, & additis alumine, glaſtóque, viridem colorem producunt, vulgò *trentanel*.

THYMELÆA foliis acutis, capitulo ſuccisæ, ſive Alypum Monſpelienſium PIN. Alypum Monſpelianũ, ſive frutex terribilis I.B. Alypum montis Ceti vocat LOB. *in Ad.* quia potiſſimùm in monte Cetio oritur, ubi etiam frequentem obſervavit, & legit I.B. nos, non ſolùm in monte Ceti abundare vidimus, ſed & in aridis declivibus montis *Capouladou*. Violenter purgare dicitur, ideò vocatur herba terribilis; decoctum lue venereâ affectis magno ſucceſſu propinari refert CLVS.

THYMVM AD. vulgare rigidius folio cinereo I.B. in Narbonenſi Provincia paſſim oriri dicunt CLVS. & LOB. *in Ad.* paſſim etiam copioſiſſimè Monſpelij in montibus & ſaxoſis provenire teſtatur I.B. in omnibus viis ſterilibus grato ſuo odore viatores recreat; iſtóque lubentiùs uti Medicos Monſpelienſes rectè dicit LOB. quia recentius, quàm Syriaco, quod diuturnâ tranſvectione ſemiexoletum eſt; cum floribus albis vidimus circa *la Colombiere*, & ubique paſſim cum epithymo. Calidum & ſiccum eſt tertio gradu, viſcerum obſtructiones reſerat, appetitum exci-

cat, vulgò *potes*, vel *frigoulitaires*.

Thymum ſupinum candicans odoratum. Iſtud invenimus in ſterilibus verſus *Clapiés*, & *Iacou*, priore humilius, foliis candidioribus, & odoratiſſimum eſt.

Tilia vulgaris platyphyllos I.B. fœmina folio maiore Pin. in declivibus umbroſis montis *Capouladou*, ex ipſis rupium fiſſuris oritur, præcipuè prope fonticulum, vulgò *la font de Portes*, ubi Iulio menſe cum baccis collegimus: flores tiliæ contra Epilepſiam valere notum eſt.

Tithymalus characias amygdaloïdes Pin. Monſpelienſium amygdaloïdes Lob. *Obſ.* cujus figura non multùm placet, plurimùm oriri in agro Monſpelienſi ad crepidines lani, cis pontem Caſtrinovi, obſervavit Lob. in ſiccis locis vulgò *Garrigues* circa Salenovam, & pontem Villænovæ copioſiſſimè oritur.

Tithymalus characias rubens peregrinus Pin. characias Monſpelienſium Lob. *Obſ.* in iiſdem locis cum priori notat Lob. nullibique ſpótè provenientem præterquam Monſpelij circa *Caſtelneuf*, ſe obſervâſſe refert I.B. in omnibus ferè ſterilibus, & ſaxoſis locis circa urbem abundat.

Tithymalus characias rubens Germanicus Pin. fruticoſus ſtipitibus rubris perennibus Cam. in umbroſis circa pontem Caſtrinovi, Salenovæ, & Lateræ paſſim reperitur.

Tithymalus characias folio ſerrato Pin.

Digitized by Google

ſerratus Monſpelienſium Ad. non temerè alibi, inquit Lob. quàm Narbonenſi agro iſtum reperias, qui inibi vulgatiſſimus eſt; in omnibus ferè ſatorum marginibus oritur: in iſto elegantem erucam ſæpiùs obſervavimus Junio menſe, ex nigro, viridi, luteo, fuſco, & rubro pulchrè variegatam, cum linea per dorſum rubra ad caudam, ſive cornu, quod longiuſculum habet; prope caput ſex parvos habet pedes, tres ex utroque latere, in medio verò ventre octo majores, quatuor ſcilicet ex qualibet parte.

Tithymalus characias pratenſis incanus. Incanus hirſutus B. *Prodr.* antequam *in Prodr.* deſcriptum vidiſſem, ſic ego deſcripſeram. Radix craſſa, multos caules pedales & cubitales rubentes profert, in quibus plurima folia indiſcriminatim oriuntur, caulibus adhærentia, longa, & lata, leviter in ambitu ſerrata, & ſinuata, ſuprà & infrà molli lanugine pubeſcentia; flores habet aliorum more, velut in umbella congeſtos ex luteo rufeſcentes, loculi triquetri, villoſi & verrucoſi, in quibus ſemen continetur. In pratis circa Lateram Iunio menſe cum flore & ſemine plurimis in locis reperitur.

Tithymalus myrſinites fructu verrucæ ſimili. Pin. Verrucoſus I.B. in via Salenovæ verſus *la peiſſine*, quoſdam ſatorum margines rependo occupat, tum & ultra Salenovam in elatis vinearum ſepibus ad lævam ſitis.

Tithymalus maritimus Pin. paralius I. B. in tota ora maritima frequentiſſimè occurrit.

Tithymalus amygdaloides anguſtifolius Tab. *Ic.* tithymalo maritimo affinis linariæ folio Pin. in declivibus montis *Capouladou* ſoli expoſitis, inter rupes verſus *las Cambrettes*, & in aliis campeſtibus lapidoſis copiosè oritur.

Tithymalus cypariſſias Pin. non procul Monſpelio ad Lanum amnem obſervavit Lob. *in Ad.* frequens eſt in variis herbidis ſatorum & pratorum marginibus; folia habet aliquando punctis croceis notata, unde C.B. Tithymalum cypariſſiam punctis croceis notatum diſtinguit, ſed morbus potius eſt iſtius tithymali, quàm eius varietas.

Tithymalus foliis pini, fortè Dioſc. pityuſa Pin. eſula minor Officinarum Lob. *Obſ.* prope Monſpelium obſervavit I.B. in ſatis & vervactis paſſim ubique oritur.

Tithymalus arvenſis latifolius Germanicus Pin. platyphyllos Fuch. circa Lateram occurrit juxta canalem vulgò *Roubine*; in maritimis etiam prope ſtagnum verſus *Perauls*, & Villamnovam Iulio & Auguſto menſibus cum flore & ſemine.

Tithymalus helioſcopius Pin. cunctis gentibus familiarem & notiſſimum rectè dicit Lob. *in Ad.* ubique ſiquidem tam culto quàm inculto ſolo oritur.

Tithymalus annuus lini folio acuto. An annuus pityuſæ facie Lob. *Obſ.* pedalem utplurimum acquirit magnitudinem, quamvis modò minor, modò major conſpiciatur; ſecundum caulem

Digitized by Google

caulem plurima oriuntur folia, longa, lini folia æmulantia, in aculeatum quaſi apicem deſinentia; flores ut in aliis ſpeciebus, folia circa flores diſpoſita, latiora ſunt, & ſimilibus apiculis donata; radix fibroſa eſt quæ ſingulis annis perit; in marginibus ſatorum circa Salenovam, *la Colombiere*, alibíque pluries vidimus.

U. B. GENT
Digitized by Google

Tithymalus exiguus Saxatilis B prod



Digitized by Google

Tithymalus anguſtifolius ſaxatilis B. *Prodr.* duplicem deſcribit tithymalum exiguum C. B. *in Prodr.* unum foliis obtuſis, alium verò anguſtiſſimis & brevibus; in eadem planta ferè ſemper obſervavimus folia obtuſa, & oblonga, ut in noſtra figura videre eſt, quæ ad vivum depicta fuit. Copioſum invenimus in ſterilibus ultra pontem Salenovæ, & *à la Colombiere.* Omnes ferè tithymali deurendi vim obtinent; parúmque uſu recepti ſunt.

Trachelium majus, & minus. Vide *Campanula.*

Tragopogon pratenſe luteum B. *Phytopin.* vulgò dicitur *barba hirci*; Monſpelij cum flore Majo & Auguſto menſibus in pratis obſervavit I. B. in pratis Lateræ abundat. Radix in calidìtate, & humiditate eſt quaſi temperata, in acetariis frequens illius uſus; addit C. B. *in Prodr.* tragopogon folio oblongo ſinuato Monſpelij collectum, an autem ſit tantùm iſtius varietas, curioſiùs obſervabimus.

Tragopogon tenuiſſimè laciniatum B. *Prodr.* an tragopogon folio laciniato Monſpelienſe, flore luteo I. B. certè nec deſcriptio, nec figura I. Bauhini noſtrum ritè demonſtrant: deſcriptio C. B bene convenit, & figura Matth. Chondrillæ alterius ſatis ad iſtud accedit, vulgò hìc Chondrilla coronopi folio vocabatur; Monſpeſſuli obſervavit C. B. copioſè oritur in herbidis ſatorum, & vinearum marginibus.

Tragopogon purpuro-cæruleum porrifo-

Digitized by Google

lium Pin. in iiſdem marginibus herbidis Maio menſe ſæpiùs occurrit.

Tragopogon Hiſpanicum, ſive ſcorzonera, aut ſcorzonera I.B. ſcorzonera latifolia ſinuata Pin. allatum vidimus ex pratenſibus circa pagum *ſaint Martin*, quod olim copiosè colligebamus in pratis montis Calcaris. In febribus malignis commendatur, & contra venenatorum animalium morſus, melancholiam morbum, & uteri ſuffocationem.

Tragopogon ſive ſcorzonera anguſtifolia Germanica Tab. foliis nervoſis Pin. rarũ iſtud eſt, quod ſolummodò vidi à D. Iolyd. M. repertum in depreſſis herbidis & incultis locis, ad dexteram viæ quà è ponte Villænovæ itur ad Miramvallem Iunio menſe cum flore.

Tribvlvs terreſtris Matth. in Monſpeliano agro ſub ipſis ferè urbis mœnibus, inter oliveta obſervabat olim Clvs. in aridis, & olivetis etiam aſpectu leguminoſo ciceris ſerpere dicit Lob. *in Ad.* vidit quoque I.B. flores & ſemina ferentem menſe Auguſto in foſſis circa Monſpelium prope muros; Iulio, Auguſto & Septembri menſibus circa urbem, & in maritimis paſſim conſpicitur. Illius decocto Salmanticenſes, ut dicit Clvs. in clyſteribus fœlici cum ſucceſſu utebantur, ad pituitam, craſſóſque humores attenuandos & evacuandos.

Trichomanes. Vide *Polytrichum.*

Trifolivm aſphaltes, ſive bituminoſum odoratum I.B. bitumen redolens Pin. circa *Caſtelneuf* menſibus Aprili, Maio, Iunio, & Octo-

bri obſervavit I.B. paſſim in omnibus ferè ſiccioribus locis reperitur, ideò rectè LOB. *in Ad.* in regionibus fervidiori ſole luſtratis, uti Monſpelij, videri tradit. Vim calidam & ſiccam habere uti bitumen, ex GAL. dicit DOD. menſéſque ac urinam provocare; contra ſerpentum morſus commendatur.

TRIFOLIVM pratenſe purpureum PIN. in omnibus pratis, & herbidis vulgatiſſimum eſt; multúmque in foliis variat; modò enim maculas albas, modò nigras habet; cum minimis foliis in herbidis vidimus, quamvis flores aliorum magnitudinem æquarent. Calefacere & exſiccare cum partium tenuitate author eſt LOB. *in Ad.* & menſtruis albis prodeſſe.

TRIFOLIVM pratenſe album PIN. in iiſdem pratenſibus, nec minori copiâ reperitur.

TRIFOLIVM montanum album PIN. majus albo flore incanum CLVSII I. B. in herbidis ſylvæ Valenæ cum flore Maio & Junio ſæpiùs nobis occurrit; addit I.B. trifolium parvum album Monſpeſſulanum piloſum cum paucis floribus, Monſpelij menſe Aprili cum flore collectum, quod non vidimus.

TRIFOLIVM montanum ſpicâ longiſſimâ rubente PIN. purpureum majus folio, & ſpicâ longiore I. B. in umbroſis etiam herbidis locis ſylvæ Valenæ, viâ quà itur ad pagum *Viols* non minori copiâ oritur.

TRIFOLIVM montanum anguſtiſſimum ſpicatum PIN. lagopus altera anguſtifolia AD. juxta agrorum & viarum margines Salenovæ inve-

Digitized by Google

niri referunt Lob. *in Ad.* & Lvgd. anguſtioribus foliis circa Monſpelium collegit C. B. *in Pin.* totâ æſtate in quamplurimis herbidis ſatorum marginibus oritur : cum foliis latioribus vidimus in herbidis humidis juxta pontem Iuvenalem, ipſo etiam autumno, florens.

Trifolivm arvenſe humile ſpicatum Pin. lagopus trifolius quorumdam I. B. circa Salenovam, Caſtrumnovum, Gramuntium, uno verbo in vervactis, & ſatis æſtate abundè reperitur. Contra ſeminis profluvia mira præſtare, certò novit Lob. *in Ad.* & ulceribus probè deterſis cicatricem inducere, ac ad hernias cohibendas peropportunum eſſe.

Trifolivm pratenſe luteum Pin. Melilotus minor Trag. in pratis, & ſparſim in ſatorum marginibus frequens eſt, æſtate, imò & autumno floret.

Trifolivm pratenſe luteum capitulo lupuli Pin. minorem ſpeciem invenit Monſpelij I.B. maximâ copia reperitur in herbidis ſatorum marginibus, præcipuè juxta Ledum amnem.

Trifolivm Stellatum purpureum Monſpeſſulanum I.B. ſtellatum Monſpeliacum Lob. *in Illuſt.* circa Monſpelium præcipuè inveniri viâ quà itur ad montem vulgò dictum *ferrier*, dicit Lob. & circa patibulum Aprili florere refert I.B. Monſpelij quoque collegit C.B. ut teſtatur *in Prodr.* frequentiſſimum eſt in omni-

Digitized by Google

bus ferè ſiccioribus ſatorum, & vinearum marginibus.

Trifolium pratenſe folliculatum Pin. pratenſe Salmanticum Clus. in hortis inter olera, in pratis, aliiſque quamplurimis humentibus & herbidis locis oritur.

Digitized by Google

Trifolium fragiferum tomentoſum



Digitized by Google

TRIFOLIUM fragiferum tomentoſum. Trifolium glomerulis tomentoſis per caulium longitudinem I.B. iſtud à plurimis annis ſic deſcripſeram. Radix alba & fibroſa eſt, ex qua plures oriuntur cauliculi palmares, humi ſparſi; in articulis duæ ſunt appendices ſatis latæ, inter quas pediculi folia ſuſtinent trifolia, venoſa, glabra, ſerrata; ex quolibet articulo floſculi glomerati purpuraſcentes producuntur, ſimiles floribus pratenſis folliculati, breviſſimis pediculis nixi, quibus globuli ſuccedunt magnitudinis fragorum veluti cotone incani, pluribus utriculis vel glomerulis compoſiti; in quolibet utriculo unicum ſemen continetur parvum, ſubrotundum, cerei coloris; multitudo globulorum aſpectu pulcherrimum reddit. Maio & Junio reperitur variis in viis herbidis, præcipuè ubi aquæ per hyemen ſtagnârunt, circa Gramuntium, quà itur *Grabels*, & alibi; an trifolium capitulo ſpumoſo levi B. *Prodr.* circa Monſpelium in luco Gramuntio ab ipſo repertum, quamvis flores luteos illi tribuat; figura I. B. utriculos nimiùm ſeparatos pingit, aliam quam habebamus addidimus.

TRIFOLIUM fragiferum Friſicum CLUS. *cur. poſt.* in iiſdem herbidis viis circa lucum Gramuntium, & viâ ad montem Lupi, aliiſque plurimis in locis abundat; floribus ſaturè violaceis, purpureis, carneis, & albis.

TRIFOLIUM ſubterraneum, ſive folliculos ſub terram condens; ſubterraneum tricoccon HORT. REG. BLES. AUCT. iſtud trifolium

Digitized by Google

folia habet cordata, hirſuta, longis pediculis donata; caules humi fuſos, biunciales & triunciales; flores in internodiis oblongos albidos; ſtatim autem ac flores elapſi ſunt, pediculi verſus terram curvantur, in eáque folliculos & ſemen producunt, dúmque è terra eruuntur, ſtellulas albas diceres; plura ſiquidem filamenta alba, quia in terra condita, in orbem diſpoſita habent, quæ in extremitate in plures lacinias dividuntur, reticuli in modum, ſemina incluſa duo vel tria utplurimum ſunt ſatis magna, copioſè oritur in herbidis circa lucum Gramuntium, & aliis incultis, ut *la garrigue du Tarral*, ubi Maio menſe floret & ſemen producit.

Trifolium parvum rectum flore glomerato cum unguiculis I. B. capitulis thymi B. *Prodr.* quod Monſpeſſuli locis ſiccioribus provenire dicit; invenimus in pleriſque incultis locis circa urbem, & in luco Gramuntio: cur rectum dicit I. B. cùm ipſi optimè caules ſupinos tribuat in deſcriptione?

Trifolium cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt I. B. in omnibus convenit cum trifolio capitulo oblongo aſpero B. *Prodr.* niſi quòd flores luteos illi tribuit C. B. at rectè I. B. purpureos dicit, Monſpeſſuli repertum dicit C. B. *in Prodr.* in ſterilibus *la Colombiere*, luco Gramuntio, circa pontem Caſtrinovi, alibíque paſſim vere reperitur.

Trifolium glomerulis perſonatæ Cherler. I. B. globoſum repens Pin. Monſpelij in ſquallidis & ſiccis locis circa Epiſcopi Caſtellum

invenit CHERLERVS in eodem loco, & in luco Gramuntio provenire dicit C.B. *in Prodr.* ubi nos copioſum invenimus.

TRIFOLIVM capitulo glomerato rigido I.B. globoſo flore, vel capitulo lagopi rotundiore PIN. circa Caſtellumnovum copioſè proveniens cum floribus luteis obſervavit C.B. quod refert I.B. in ſatis copioſè oritur, ſed ſemper cum floribus rufeſcentibus.

TRIFOLIVM capitulo ſpumoſo aſpero PIN. circa Monſpelium provenire dicit C.B. *in Prodr.* nondum viſum nobis fuit.

TRIFOLIVM album anguſtifolium floribus velut in capitulum congeſtis PIN. Dorycnium Monſpelienſium AD. LVGD. & CAM. Dorycnium Monſpeſſulanum fruticoſum I.B. in aſperis, ſaxoſis & incultis creſcere dicunt LVGD. & CLVS. in ſaxoſis ad Frontignanum AD. provenire etiam quà itur *Perauls*, & ad mare refert I. B. in omnibus *Garrigues* abundat. Ex eo fiunt ſcopæ.

TRIFOLIVM argentatum floribus luteis I.B. lotus fruticoſus incanus ſiliquoſus PIN. in via quà itur Frontignanum, & in monte Cetio oriri obſervavit I. B. frequens etiam oritur *à la Colombiere*, & *la Valette*.

TRIFOLIVM cochleatum fructu latiore PIN. Medica ſcutellata I. B. paſſim provenire Monſpelij in ſegetibus vere florens, rectè obſervavit I. B.

TRIFOLIVM cochleatum, vel ſcutellatum fructu latiore, folio minuto obtuſo PIN. Medi-

Digitized by Google

ca orbiculata I.B. Monſpelij collegit C.B. ut dicit *in Prodr.* frequens eſt in ſatis, & ſatorum marginibus; nos duplicem notavimus differentiam, in uno folia minuta quidem ſunt & obtuſa, in altero verò multò majora, fructus orbiculi elapſo flore ſeparati ſunt, qui deinde ſimul coëunt.

Trifolium cochleatum turbinatum, ſive fructu compreſſo oblongo Pin. Medica magna turbinata I.B. in ſatis vere, & æſtate paſſim reperitur.

Trifolium cochleatum turbinatum, ſive fructu compreſſo minore: folia eadem ſunt, ac in ſuperiori, fructus autem ex pediculis bini, ſæpiſſimè duri, ex tribus aut quatuor circumvolutionibus, non tam arctè unitis compoſiti; unaquæque ſpira duplicem denticellorum ſeſe ferè tangentium, & lineâ mediâ unitorum ordinem habet., inter denticellos alveoli conſpiciuntur. Figura ſuperior Medicæ Lob. quæ eſt ad dexteram, noſtram repræſentat.

Trifolium cochleatum folio cordato maculato Pin. Medica echinata glabra cum maculis nigricantibus, & ſine iis I. B. cujus figura poſita fuit *fol.* 354. *Tom.* 2. ſub loto corniculata glabra; abundat etiam iſtud in ſatis.

Trifolium cochleatum polycarpon Pin. Figura I. B. Medicæ echinatæ magnæ hirſutæ noſtro ritè convenit, quod tamen hirſutum non eſt, neque etiam I.B. de hirſutie loquitur in deſcriptione, copioſè etiam in ſatis oritur.

Trifolium fructu compreſſo ſpinis hor-

Digitized by Google

:ido Pin. Medica hirſuta echinis regidioribus I.B. ad mare Monſpelij reperit I.B. Monſpeſſuli etiam legit C. B. in ſatorum marginibus, & in ora maritima paſſim occurrit.

Trifolium fructu cochleato ciliare. Iſtius ramuli palmares ſunt, folia minuta obtuſa, hirſuta, flores lutei, fructus cochleatus echinis copioſis, longis, mollibus, pilorum cilii inſtar; in plurimis ſatorum marginibus cum aliis obſervavimus.

Trifolium folliculis coronæ ſimilibus Pin. Medica coronata parva Cherler. I.B. Monſpeſſuli provenire dicit C.B. *in Prodr.* copioſum nos invenimus in ſterilibus locis *à la Colombiere*.

Trifolium cochleatum maritimum tomentoſum Pin. Medica marina Clus. paſſim in ſabuloſis maritimis oritur.

Digitized by Google

Trifolium fructu echinato foliis eleganter diſſectis



Digitized by Google

TRIFOLIVM fructu echinato foliis eleganter diſſectis. Hoc ſpontè in horto natum eſt, quod diù aluimus, & amicis communicavimus, ab aliis ob egregiam foliorum diviſuram, varióſque angulos diſtinctum, ut in noſtra figura ritè exprimitur.

TRIFOLIVM echinatum arvenſe PIN. tribulus terreſtris minor repens LVGD. in ſabuloſis ſatorum marginibus circa Boutonetum, alibíque paſſim oritur.

TRIFOLIVM ſylveſtre luteum ſiliquâ cornutâ PIN. Medica ſylveſtris I.B. in ſepibus, & ſegetibus prope Monſpelium Maio & Iunio cum flore reperiri dicunt LVGD. & I. B. ubique ferè oritur floribus luteis, purpureis, & variis.

TRIFOLIVM acetoſum corniculatum PIN. oxys lutea corniculata repens LOB. *Obſ.* reperitur in via *Salenovæ*, inter iuncos parum ultra prædium dictum *la Peiſſine*, copioſè etiam iuxta vinearum muros, circa pagum *Pignan*. Ad eadem valet ad quæ Acetoſa.

TRIFOLIVM hepaticum, ſive Trinitatis herba, flore cæruleo I. B. in herbidis umbroſis montis *Capouladou* oritur. Ad intemperies calidas hepatis corrigendas perutile eſſe dicit I. B.

TRIPOLIVM majus & minus I. B. in maritimis copioſè oritur inter juncos, Iulio & Auguſto menſibus floret; multò minus in iiſdem etiam locis vidimus Maio menſe cum flore. Radix tripolij, ut dicit DIOSC. ad ℥. ij. in vino pota, aquam urinámque per alvum extrahit.

TRITICVM hybernum ariſtis carens PIN.

Digitized by Google

Trit. ſpicâ muticâ Lvgd. vulgò *Touſelle*.

Triticvm ariſtis circumvallatum Lob. *Obſ.* vulgò *Froment*; utrumque ſeritur in noſtris agris. Stirpes nobiliſſimæ, & mortalibus utiliſſimæ ſunt, è quibus ſcilicet homo vitam trahit: in primis qualitatibus temperatum cenſetur triticum; ſic autem debuit eſſe alimentum tot hominibus commune.

Tvbera Matth. pluribus in locis incultis & ſterilibus reperiuntur, & ad gulæ delitias autumno, & hyeme deferuntur.

Tvlipa minor lutea Narbonenſis Pin. tulipæ ſpecies minor Monſpelienſis Herbariorum Lob. *Obſ.* ultra Salenovam in elatis herbidis collibus ad lævam ſitis invenimus, quam copioſè eruebamus in monte Calcaris.

Tvrritis vulgatior I.B. braſſica ſylveſtris foliis integris & hiſpidis Pin. circa pontem Caſtrinovi abundat, & in omnibus ferè herbidis & umbroſis marginibus juxta Ledum amnem.

Tvrritis minor, barbarea muralis I.B. eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata, floribus albis Pin. Monſpeſſuli vere florere rectè dicit I. B. in ruderibus umbroſis oriri notat C. B. *in Prodr.* & *in Matth.* in ſepibus umbroſis vere florentem ſæpiùs legimus.

Tvssilago vulgaris Pin. à mulierculis collecta juxta fluvium *Herau* variis in locis, Pharmacopœis defertur: bechion dicitur, quòd bechas, hoc eſt tuſſes, & orthopnœas juvet, ut ex Gal. refert I. B.

Typha paluſtris major Pin. in Ledo amne,

aliiſque

liiſque omnibus paludoſis abundat; eam etiam obſervaverat Monſpelij I. B. nullius eſt uſus præterquam ad ſtoreas, ſive mattas conficiendas; vulgò *Lambourdes.*

Typha paluſtris media I. B. paluſtris clavâ gracili. Pin. in iiſdem locis ſæpiſſimè cum majori conſpicitur.

V

Vaccaria vide *Lychnis.*

Valeriana rubra anguſtifolia I. B. & B. *Prodr.* ex ipſis rupium fiſſuris montis Lupi, & montis *Capouladou* Iunio & Iulio menſibus pulchrè florentem avulſimus; folia caulem ordinatè cingunt, quamvis inordinata dicat C. B. *in Prodr.* Figura I. B. nimiùm eſt folioſa.

Valeriana foliis calcitrapæ Pin. æſtiva Clus. in quamplurimis umbroſis vinearum ſepibus occurrit circa pontem Caſtrinovi, & alibi.

Valeriana cornucopioïdes echinata Colum. inter ſegetes vere paſſim reperitur.

Valerianella ſemine ſtellato Pin. altera tenuifolia ſemine ſcabioſæ ſtellato Colum. in ſatis etiam copioſè oritur.

Valerianella ſemine umbilicato rotundo nudo D. Moris. Phu minimum Ad. in ſegetibus prope Monſpelium adoleſcere, teſtatur Lob. *in Ad.* & D. Moris. cum prioribus permixta paſſim etiam occurrit.

Digitized by Google

VALERIANELLA ſemine umbilicato nudo oblongo D. MORIS. iſta ſimiliter in ſatis invenitur, folia habet albidiora non diſſecta, ſemen oblongum umbilicatum ſuperiore albidius, vere colliguntur Valerianellæ ad acetaria, vulgò *Lachuguettes*.

VERBASCVM vulgare flore luteo magno, folio maximo I.B. mas latifolium luteum PIN. tapſus barbatus AD. in campeſtribus & incultis locis circà montem Lupi, & circa lucum Gramuntium totâ æſtate floret. Addunt AD. *Verbaſcum maximum odoratum Meridionalium, florem ſuavi odore, & lineolis rubris à vulgari ſolummodo diſtinctum, quod in campeſtribus agri Narbonæ occurrere dicunt*. Verbaſcum aſtringit & exſiccat, alvi profluviis medetur; folia & flores decocti dolores hæmorrhoïdum ſedant, aqua florum ſtillatitia oculo indita, fluxiones, & lachrymas ſiccat.

VERBASCVM pulverulentum flore luteo parvo I.B. in iiſdem locis, & ſterilibus Salenovæ copioſè etiam oritur.

VERBASCVM nigrum foliis papaveris corniculati PIN. criſpum & ſinuatum I.B. nuſquam niſi Monſpelii obſervavit I. B. ubi autumno paſſim florere rectè dicit; ubique paſſim vulgatiſſimum, & ideò uſuale eſt.

VERBASCVM nigrum flore ex luteo purpuraſcente. PIN. nigrum flore parvo apicibus purpureis I.B. in ſylva Valena copioſiſſimè oritur.

VERBASCVM folio ſubrotundo, flore blat-

Digitized by Google

tariæ Pin. in umbroſis & herbidis circa antrum viâ Frontignani, & inter rupes montis Lupi ſæpiùs collegimus. Figura Arcturi Cretici Bell. Pon. nullo modo noſtro verbaſco convenit, quod non eſt laciniatum, quamvis idem eſſe ſtatuat I. B.

Verbascum ſylveſtre Monſpelienſe flore luteo hiante I. B. ſylveſtre Monſpelienſe Clus. ſalvia ſylveſtris Monſpelienſium Gesn. Hort. in pleriſque agri Narbonenſis collibus glareoſis Monſpelio vicinis fruticare rectè dicit Lob. *in Ad.* & ad miliare quà itur Frontignanum inter ſaxa vere florens vidit I.B. cujus figura tranſpoſita eſt; in omnibus locis *Garrigues* dictis abundat: vulgò *Sauvie ſauvage.*

Verbena communis cæruleo flore Pin. juxta herbidas & humentes vias frequenter occurrit. Refrigerare & exſiccare dicit Dod. hepatis aliorúmque viſcerum obſtructiones ſolvere putat Trag. Radicum & foliorum decoctum dentium dolorem ſedare, mobiléſque firmare dicunt. Pro amuletis eâ ſuperſtitiosè utitur vulgus, unde dicta fuit herba ſacra.

Veronica mas ſupina Pin. vulgatior folio rotundiore I. B. in herbidis montis *Capouladou*, & Valenæ ſylvæ oritur. Ex guſtu moderatè calidam & ſiccam eſſe judicat Dod. & ad viſcerum obſtructiones utilem eſſe.

Viburnum, ſive Lantana Dod. circa ſylvam Valenam, & montem Lupi, præcipuè prope *ſaint Martin* invenimus Refrigerare, exſiccare & aſtringere vult Dod. Baccarum pulvis

Digitized by Google

alvi fluxus, ſanguinis profluvia, item & muliebria cohibet.

Vicia vulgaris ſativa I. B. in agris copioſè quotannis ſeritur pro jumentorum pabulo.

Vicia vulgaris ſylveſtris ſemine parvo & nigro frugum I. B. Aracus ſive Cracca major Ad. in ſatis paſſim cum tritico, & cum vicia vulgari conſpicitur.

Vicia anguſtifolia purpuro-violacea ſiliquâ latâ glabrâ. Folia multa habet oblonga, & anguſta, obtuſa; florem magnum purpuro-violaceum, cui ſuccedit ſiliqua ſeſquncialis longitudinis, ſemuncialis latitudinis, glabra. Hæc eſt ſine dubio quam invenit I. B. ut dicit *cap. de vicia vulgari ſylveſtri*, inter ſaxa menſe Aprili quà itur Frontignanum foliis anguſtiſſimis, flore pulchro purpureo.

Vicia luteo flore ſylveſtris I. B. ſylveſtris lutea ſiliquâ hirſutâ Pin. Monſpelij obſervatam rectè teſtantur I. & C. B. in omnibus ferè ſatorum marginibus Martio, Aprili & Maio menſibus occurrit.

Vicia multifolia cum latis ſiliquis I. B. in ſatis intra & circa lucum Gramuntium Aprili & Maio menſibus invenimus. Florem habet non luteum qualem in ſicca planta apparere dicit I. B. ſed pallidè album.

Viciæ ſimilis ſupra infráque terram fructum edens Pin. arachidna Cretica, an potiùs aracoydes Theoph. Pon. iſtam Maio menſe cum ſiliquis tam ſupernis, quàm ſub terra latentibus collegimus in loco dicto *la Garrigue dau Tar-*

Digitized by Google

ral, ubi plurima provenit. Flores purpurei ſunt & majores quàm in figura Ponæ.

Vicia multiflora perennis dumetorum I. B. ſylveſtris ſpicato flore Clus. *Pan.* Monſpelij cum flore Maio menſe in ſegetibus prope *Caſtelneuf* obſervavit I. B. in ſatis quà itur ad pontem *Caſtelneuf* copiosè oritur, aliquando foliis latioribus, aliquando verò anguſtiſſimis. Addit C. B. *in Prodr.* Viciam onobrychidis flore quam Monſpelii provenire dicit; ſed ut verum fatear, tres vicias quas ponit *in Pin.* multifloram ſcilicet, onobrychidis flore, & ſylveſtrem ſpicatam, diſtinguendas non eſſe arbitratus ſum.

Vicia perennis incana multiflora: ſuperioris magnitudinem aſſequitur perennis etiam iſta vicia, à qua differt quòd folia villo incana, & quaſi argentea ſint; flores ſimiliter ſpicati purpuro-violacei ſibi invicem propinquiores, & antequam explicati ſint, ſpica recurva eſt, in pratis circa Lateram Iunio menſe floret: ſiliquas nondum vidi.

Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis Pin. Cracca minima Ad. copiosè oritur in ſatis viâ quà itur ad pontem *Caſtelneuf*, & in aliis plurimis.

Viciæ ſive Craccæ minimæ ſpecies cum ſiliquis glabris I. B. in luco Gramuntio, & *la Colombiere*, iuxta ilices cocciferas oritur.

Vicia ſive Cracca foliis & ſiliquis longioribus: viciæ parvum genus folio longo I. B. Monſpelij collectam fuiſſe dicit I. B. cuius figura non multùm placet, neque enim folia alata

Digitized by Google

rectè exprimit; in iiſdem locis cum ſuperiori oritur, & in plurimis ſiccioribus ſatorum marginibus.

VICIA lutea foliis convolvuli minoris PIN. Orobanche leguminum LVGD. Monſpelij obſervavit I.B. in omnibus ſatis abundat.

VINCA PERVINCA. Vide *Clematis*.

VINCETOXICVM. Vide *Aſclepias*.

VIOLA martia purpurea, flore ſimplici odoro PIN. in ſylva Valena, quamplurimis Lateræ pratis, ac in umbroſis vinearum ſepibus copioſè oritur, & toto ferè anno floret. Monſpelij Januario menſe florentem vidit I. B. in floris colore maxima eſt varietas, aliàs enim obſcurè purpureæ ſunt, quæ odoratiſſimæ, aliàs dilutè purpureæ, quæ minùs odoræ, ſicut & illæ quæ florem album producunt. Recentes violas frigidas & humidas dicit MESVE, ſiccatas minùs, tum frigidas, tum humidas: Ex violis fit ſyrupus, mel, conſerva, oleum, acetum. Violæ aſperam arteriam, & thoracem leniunt; ad quaſvis calidas affectiones curandas inſerviunt; maximus etiam uſus eſt foliorum in enematum decoctionibus.

VIOLA martia inodora ſylveſtris PIN. in herbidis & umbroſis marginibus juxta Ledum amnem copioſè oritur.

VIOLA bicolor arvenſis PIN. abundat in colle *Ferran*, in marginibus etiam ſatorum circa Boutonetum, & pontem Caſtrinovi, & primo vere floret.

Digitized by Google

VIOLA pentagonea. Vide *Campanula arvenſis.*

VIRGA aurea maior, vel Doria PIN. Aliſma Monſpelienſium, ſive Doria I. B. Narbonenſium Dorea, quaſi aurea AD. foliis ſerratis, aculeo folij ſummitati inſidente, Monſpeſſuli obſervavit C.B. *in Pin.* vidit etiam Monſpelij Maio florentem ad ripas fluvij prope *Caſtelneuf.* I. B. juxta Ledum amnem frequentiſſimè occurrit Iunio & Iulio menſibus cum flore.

VIRGA aurea vulgaris latifolia I. B. in declivibus montis *Capouladou, à la côte de Sauvebelle* plurima oritur. Calidam & ſiccam in ſecundo gradu dicit DOD. lentos & craſſos humores urinarios meatus occupantes educit; maximè vulneraria cenſetur.

VIRGA paſtoris. Vide *Dipſacus.*

VISNAGA. Vide *Gingidium.*

VITIS alba. Vide *Bryonia.*

VITIS nigra. Vide *Clematis.*

VITIS vinifera PIN. fructum omnium facilè principem utilitate, ſpecioſitate, & ſuavitate dat vitis, ut inquit LOB. *in Ad.* cujus innumeras propemodum vineæ noſtræ alunt differentias, albas, & nigras.

INTER albas principem locum obtinet, quæ vulgò *muſcat* dicitur, Antiquorum apiana, ex qua tam celebre vinum noſtrum, præcipuè Frontignanenſe per totam Europam devehitur. Ad illam accedit *Piqardan*, vel *augebin*, fortè *Alzibil* Arabibus, ex qua etiam optimum vinum

Digitized by Google

U. B. GENT

conficitur quod nomen *piqardan* retinet : ſunt etiam ex illius uvis præſtantiores uvæ paſſæ. Eodem ferè tempore alia ſpecies matureſcit, quæ vulgò *ugne* dicitur, cuius uſus ipſis etiam ægris innoxius putatur. Ex albis duæ ſunt aliæ ſpecies maximæ, prima dicitur *ſervan*, acinos maximos habet, hæc totâ hyeme ſervatur, unde nomen habuit. Secunda dicitur *agrumel blanc*, quæ acinis etiam & uvâ maximis eſt, huius acini immaturi ſaccharo condiuntur ad uſum in febribus continuis, putridis & ardentibus. Vulgatiſſima alba dicitur *clarette*, ex qua fit optimum vinum album

Inter nigras vulgò commendatur *eſpiran*, quæ tum ad eſum, tum ad vinum optima eſt, cujus ſpecies reperitur quæ apparet ſemper immatura, ideò dicitur *eſpiran verdau*, ad eſum ſuaviſſima. Sequitur deinde *marrouquin*, antiquorum duracina, acini duri & ſuaves admodum ſunt: alia eſt cum magnis acinis nigris & duris, quæ vulgò *agrumel negre*. Plures aliæ ſunt nigræ quibus vinum rubrum conficitur, ut *tarret*, *piquepoule*, *eſoirau*, *ouliade*, aliáque plurima.

Inter albas & nigras media eſt rubra, quæ dicitur *barberoux*, ex qua vinum optimum confici dicunt. Inutile eſſet de vini facultatibus loqui, quis enim illas non novit ? dicam ſolummodò nullum eſſe in tota remediorum familia vino excellentius cardiacum.

Vitis ſylveſtris labruſca Pin. ſterileſcit ſæpiùs ob ſarmentorum ſobolem, & laſciviam,

nvenimus tamen in rupibus circa *la Valette*, & ncultis plurimis in locis cum parvis uvis nigricantibus, & dulcibus: ſi ut cæteræ coleretur, nullus eſſet dubitandi locus quin ſpeciem ab aliis diverſam conſtituat.

Ulmus campeſtris Pin. juxta Ledum amnem, & in quamplurimis ſatorum, & pratorum marginibus vulgaris eſt; folia, rami, & cortex vulnera glutinant, mirabilia narrantur de humore folliculis incluſo ad vulnerum ſanationem, ex quo balſamum conficitur. Invenimus pulchram ulmi varietatem juxta Ledum amnem, verſus *la Valette*, de qua etiam loquitur I.B. cui folia minùs rugoſa & ſcabra ſunt, ac ferè lucida.

Umbilicus Veneris. Vide *Cotyledon*.

Volubilis. Vide *Convolvulus*.

Urtica urens pilulas ferens Pin. Romana Officinarum ſemine lini Ad. Monſpelij paſſim in ſepibus florentem, & ſemina ferentem menſibus Aprili, Maio, & Iunio rectè obſervavit I. B. Vrtica craſſos & viſcoſos humores ex pectore educit, tuſa & emplaſtri modo appoſita vulneribus, & ulceribus malignis & gangrænoſis curandis inſervit, ſuccus fluentem ſanguinem ſiſtit.

Vrtica urens maxima Pin. communis ſive major Ad. importuno proventu in omnibus ferè umbroſis ſatorum marginibus oritur, & mordaci, uridáque lanugine ſeſe ſufficienter tangentibus prodit.

Digitized by Google

VRTICA urens minor PIN. minor annua I. B. cum præcedentibus permixta reperitur, & frequentiſſima eſt in hortis inter olera.

VRTICÆ marinæ PIN. varias habemus in littore differentias, ut cineream RONDEL. quàm in Agathenſi ſinu invenit; urticam ſolutam quintam, quæ circa Magalonam & Cetium montem à piſcatoribus ejecta paſſim conſpicitur, vulgò *potes*; ſextam foliis Acanthij, quæ in ſinu Agathenſi. Sed quia inter Zoophyta reponuntur, nihil aliud de illis dicendum habemus.

VSTILAGO ſecalis, hordei, avenæ, quia harum plantarum ſunt vitia, inter ipſas perquirendæ ſunt.

X

XYRIS. Vide *Iris ſylveſtris*.

Z

ZEA Briza dicta Monococcos PIN. cum ſecali permixtam ſæpiùs invenimus, in ſatis inter pontem Caſtrinovi, & lucum Gramuntium, aliiſque etiam ſparſim cum frumento.

ZIZYPHA ſativa, & ſylveſtris I.B. jujubæ
D. arbor exotica à plurimis annis facta fuit in-
igena; ſiquidem in omnibus hortis, prædiis, &
lurimis vinearum ſepibus occurrit, fructúm-
que dulcem copioſè producit. Sylveſtres fre-
quentes Monſpelij occurrere teſtis eſt I.B. fru-
ctus vulgò *guindoules*. Moderatè calefaciunt &
humectant; uſui ſunt in pulmonum aſperitate &
tuſſi, vel in decocto, vel in ſyrupo.

Addimus huic noſtro Catalogo duas plantas, quas ex Africa delatas, diù in Horto Regio Monſpelienſi cum aliis plurimis, cultas vidimus, diligentiâ & curâ Clariſſimi Viri Dom. MICHAELIS CHYCOINEAV *Vniverſitatis Medicinæ Cancellarij, & Horti Regij Præfecti.*

Digitized by Google



Digitized by Google

Aſtragalus Africanus luteus odoratus.

Aſpectu pulcherrima eſt Aſtragali ſpecies, quæ in Africæ littorali parte, quam Barbariam vocamus, circa propugnaculum dictum *la Tour de France*, creſcit, unde delatum habemus, & in hortis colimus. Radix eius longa, & craſſa eſt, folia ex variis capitibus orta, & in orbem diſpoſita plurima habet, lobata, ſemunciam lata, unciam longa, ſuperiùs & inferiùs glauca, in marginibus tantùm piloſa; in quarum coſtis, quæ etiam piloſæ ſunt, quindecim, & viginti foliorum coniugationes numeravi, folio ultimo ſemper impari; inter quæ ſcapi plures oriuntur pedales, ſpicam florum papiliaceorum ſuſtinentes; qui ex luteo pallidi, & odoratiſſimi ſunt; ipsíſque ſuccedit ſiliqua tumida, villoſa, paulò maior quàm ſiliqua ciceris, ſubtùs per longitudinem concava, in extremitate mucronata, duos ſeminum ordines continens, quæ majora ſunt quàm ſemina aſtragali Bœtici Cluſij. Pictor florum ſpicas omiſit, & folia malè delineavit.

U. B. GENT

Digitized by Google



Digitized by Google

Thapſia Thalictri folio.

Rara admodum eſt hæc Thapſia, ex iiſdem Africæ littoribus delata; radicem habet craſſam, quæ folia plurima producit plurifariam diviſa, ſicut in Thalictro pratenſi Monſpelienſium, latiora, craſſiora, rugoſiora, & ſplendentiora, inter quæ caulis oritur cubitalis, umbellas habens floſculorum luteorum, quibus ſuccedunt ſemina oblonga, alâ foliaceâ cincta, in Horto Regio Monſpelienſi ſolummodò cultam vidimus.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX.

Abrotonum fæmina folijs teretibus Pin. chamæcypariſſus ſpontanea Nemauſenſis I. B. verè Lvg. & I. B. dicunt copioſe oriri circa Nemauſum, viâ præcipuè quâ itur Monſpelium, ubi & nos ipſum ſæpius vidimus. Amarum eſt, & vermibus inimicum.

Absinthium ſantonicum gallicum Pin. in noſtro littore frequens eſt, cum ſeriphio Gallico permixtum, à quo facilè diſtinguitur, ex eo quod folia longiora, latiora, & minus diſſecta habeat.

Adonis Sylveſtris flore phæniceo, eiuſque folijs longioribus Pin. hanc ſpeciem nondum à me niſi in hortis, viſam inveni in ſatis circa urbis portam dictam *du Peirou*, & alijs circa ſalenovam.

Alga viridis capillaceo folio Pin. conferva Plin. Lvgd. in aquis ſtagnantibus circa lateram in loco dicto *Mau pas* reperitur, & æſtate in ſtagno abundat.

Alga tinctoria I. B. Alga cornu cerui diviſurâ Pin. in littore ſæpius collegimus a fluctibus projectam, color eius pallidè viridis erat, ſimilemque habueram e Cretá delatam, quâ tinctores utebantur.

Allium petræum umbelliferum I. B. hoc

idem eſſe exiſtimo cum Allio radice oblonga P I N. cum eorum deſcriptiones in omnibus ferè conveniant. Invenitur copiosè in monte *Serane* ſuperato loco dicto *La coſte de Mejanel*, & Auguſto menſe foret.

A L L I V M ſylveſtre tenuifolium L O B. Id Maio menſe plurimos nucleos loco floris producit, initio virides, maturitate rubentes, unuſquiſque nucleus folium habet viride unciale, veluti in plantà germinante, quod exprimit figura L O B. nec flores, nec folia bicornia obſervavimus, ideoque diverſum putamus ab allio bicorni prolifero I. B. in vineis verſus *La Colombiere*, & alijs juxta urbem vulgare eſt.

A L N V S nigra baccifera P I N. Frangulam majorem vocabat Doctiſſimus L A V G E R I V S. In lapidoſis locis montis *Serane* copioſam invenimus, valentiſſimè purgare phlegmaticos ventriculi humores & aquas dicit L V G D.

A L S I N E littoralis graminea. Plantula eſt triuncialis cauliculos habens plurimos partim rectos, partim ſupinos, folia ad articulos bina parva anguſta inter quæ oritur pediculus ferè uncialis, unicum producens florem, alſines mediæ flore, multo minorem, cui ſuccedit capitulum, cum involucro ſemine minutiſſimo plenum. In herbidis maritimis eundo ad montem cetium, ubi ſtagnum traijcitur Maio menſe copiosè reperitur.

A N T H Y L L I S DIOC. PROSP. ALPIN. de exot. oritur in locis incultis & paludoſis quæ

ſtate exſiccantur prope *Perault* circa locum dictum *Lou Boulidou*. Flores habet quinquefolios albos in extremitate leviter purpuraſcentes, eflexos, in medio ſunt ſtili albi cum ſtaminibus quorum apices purpuraſcunt.

APARINE minima. Vel RUBIA. Saxatilis minima. Planta eſt pedalis radices habens parvas, ſubrubentes, quæ plurimos ramulos profert quadratos, ſubrubentes, aſperos; ad quorum articulos, folia ſex vel ſeptem anguſta, brevia, & acuminata, radiatim diſponuntur; pedicellis inſident floſculi herbacei, quibus ſuccedunt, bina ſemina ſimul juncta nigricantia, oblonga, ex una parte, concava. Æſtate flores in aſperis circa *La Valette* & *La Colombiere*; ſatis accedit ad Rubeolam Saxatilem C. B. in PRODR. ſed noſtra non eſt incana; figura prima Rubiæ anguloſæ aſperæ I. B. iſtam optimè repreſentat.

BELLIS montana gramineis folijs. Huius radix vivax eſt, fibroſa, e quà plurima prodeunt folia, longa, anguſta, & graminea; leviter verſus extremum crenata, rigidiuſcula; caules ſunt ſeſquipedales in quibus folia ſine ordine, alijs anguſtiora, villos quoſdam pro denticulis habent; flos in quolibet caule unicus, cum umbone luteo plurimis petalis albis cincto oritur in planitie montis *Serane*, & Maio floret.

CAMPANULA alpina linifolia cærulea, B. PRODR. arbitror hanc à minori alpina rotundioribus imis folijs CLUS. non eſſe diſtin-

Digitized by Google

guendam : ſaltem noſtra antequàm caulem proferat, quædam habet folia prope terram ſubrotunda, quæ cauleſcente plantà, marceſcunt; & folia lini nullomodò ſerrata producit, ut in figura C L V S. videre eſt.

C A R D V V S ſtellatus folijs integris ſerratis. Differt præcipuè à carduo Stellato folijs papaveris erratici P I N. foliorum formà, quæ in noſtro integra ſunt, cum in alio ſint valdè diſſecta; an C A R D V V S Stellatus DALECH. LVG. cuius nec figura, nec deſcriptio huic multum conveniunt. Illum debemus clariſſimo viro D. T O V R N E F O R T, Doctori Medico, Botanico diligentiſſimo, & oculatiſſimo, cuius indefeſſis laboribus, adornatur, & augetur hortus regius Pariſienſis; curà, & vigilantià ILLVSTRISSIMI D. FAGON. Regis Conſiliarij, & defunctæ GALLIARVM ET NAVARRÆ R E G I N Æ Archiatri, Botanicorum Mæcenatis; invenit autem juxta rivulum dictum *Viſtre*, inter *Candiac*, & *Vauvert*.

C A R L I N A caulifera, & acaulos I. B. in depreſſis, & lapidoſis locis montis *Serane* invenitur.

C A V C A L I S dauci Sylveſtris folio, echinato magno fructu. Folia habet dauci Sylveſtris hirſuta; caules ſtriatos, villoſos; flores umbellatos, albos, fructus Magnos, echinatos, purpuraſcentes. Figura lappullæ canariæ flore minore I. B. quam ad caucalidem arvenſem echinatam, parvo flore, & fructu P I N. retu-

Digitized by Google

imus; Iſtam ſatis repreſentaret, ſi echinos majores haberet. Miſſa fuit nomine, Caucalis echinophoræ majoris Col. ſed quia jam Col. non habeo præ manibus, an ab illo deſcripta fuerit, dicere non poſſum. Reperitur in ſatis circa Gramuntium, & Salenovam.

CHAMÆCERASVS dumetorum fructu gemino rubro PIN. Periclymenum alterum Allobrogum, Cornus fœminæ effigie A. D. oritur in monte *Serane à la Combe de Leques.*

CICVTARIA paluſtris tenuifolia PIN. Phellandrium LVGD. in foſſis aquâ plenis circa Lunel, & in rivulo dicto *Viſtre*, verſus *Candiac* Sæpius Collegimus.

CISTVS folio Plantaginis major. Tuberaria major MYCON. TVBERARIA noſtras I. B. eandem cum minori arbitratus fueram, cum LVGD. qui utramque plantam confundebat, ſed poſtquam iſtam inveni florentem Maio menſe in incultis locis circa *Vauvert* pagum, diverſam eſſe cognovi; & à MYCON. utramque miſſam DALECH, quod rapſodus non noverat. Radix vivax plura capitula, cum folijs hirſutis producit, quæ in caule glabra ſunt.

CISTVS humilis, vel chamæciſtus repens ſerpillifolio luteus PIN. juxta viam quâ à *Sommieres* itur *Alez* in incultis, inveni Maio menſe florentem. Ab illo multum diverſus eſt, quem in Botanico nominavi Chamæciſtum ſerpilli folio nigricante I. B. quamvis enim nomen ipſi conveniat, flores odoratos non habet,

Digitized by Google

& deſcriptioni ciſti helianthemi flore parvo luteo I. B. melius quadrat.

Cistus humilis, vel chamæciſtus nummulariæ folio. Helianthemum ad nummulariam accedens I. B. elegantiſſimus eſt iſte chamæciſtus quem in deuexis locis montis *Capouladou* invenimus.

Consolida media pratenſis hirſuta Hort Reg. Paris. Conſolida media Genevenſis I. B. in declivibus herbidis montis *Capouladou*, & montis *Serane* frequens oritur.

Corallina fiſtuloſa fragilis lævis I. B. in maritinis à fluctibus eiectam, ſæpè collegimus.

Cyanus montanus latifolius Pin. in declivibus herbidis montis *Serane* Iunio menſe, cum floribus cæruleopurpureis, aliquando ſolum purpureis conſpicitur.

Cynoglossa folio virenti I. B. cuius figura tranſpoſita eſt, in herbidis montis *Serane*, juxta rupes Maio menſe cum flore collegimus, vulgaris cynogloſſi folia, trita, & mammis impoſita, inflammationes, & fiſſuras curant.

Daucus montanus folio fœniculi longiore. Peucedanum pannonicum Clus. Saxifraga Matth. tenuifolia, & umbellifera I. B. unam eſſe plantam exiſtimo, quamvis dubitaverit I. B. an eſſent diverſæ; verum quidem eſt in noſtro dauco folia eſſe longiora fœniculo, ſed breviora ſunt peucedano. Reperitur in monte *Capouladou*, copioſum etiam invenimus

ugusto menſe cum ſemine, aſcendendo mon- tem *Bouſquet*, verſus pagum *Seine*, minorem multo vidimus, circa fontem *Piquet*, qui forte est Caucalis penæ LVGD; à Selino pumilo ILVS. diſtinctus.

DENS leonis folijs radiatis. Folia, e radice craſſà nigricante, in orbem pulchrè diſpoſita habet, prorſus ſupina, ad lacinias, quæ ſibi fere invicem, ex utraque folij parte, reſpondent, & coſtam ferè attingunt, undulata; in reliquis convenit, cum dente leonis vulgari; differt iſte à dente leonis folijs radiatis B. PRODR.

DORONICVM integro & craſſo hieracij. Folio an Doronicum helueticum incanum B. PRODR. radix fibroſa eſt, e quà oriuntur folia pediculis donata, longa, latiuſcula, ſerrata, craſſa, ſubtus tomentoſa, ſupra viridia; caulis ſeſquipedalis folia anguſta habens ſine pediculis; florem fert magnum petalis luteis in extremitate crenatis, umbonem luteum cingentibus, qui in pappos abit, floris calix ſtriatus, in baſi, folijs viridibus coronatur. In herbidis locis montis *Serane* frequens eſt, & Iunio menſe floret.

EQVISETVM ramoſum aquis immerſum D. RAIJ. Millefolium aquaticum cornutum I. B. cuius icon eſt alterius plantæ, copioſum in ledo amne, & paludibus circa lateram totà æſtate reperitur.

EVPATORIVM dictum, cannabina aquatica folio non diviſo PIN. verbeſina pulchriore flore luteo I. B. &

Evpatorivm dictum, Cannabina aqua-tica folio tripartito Pin. utrumque inven. D. Tovrnefort in foſſis laterenſibus, *à la Ro-bine*, menſe Septembri cum flore.

Fvcvs folliculaceus ſerrato folio Pin. Sargazo Acost. Lvgd. baccis onuſtum, Sep-tembri menſe collectum e maritimis, attulit mihi peritiſſimus Pharmacopæus Monſpelien-ſis David Evstachivs, aceto, & ſale conditus, ejuſdem eſſe ſaporis cum fœniculo marino, re-fert Lvgd.

Fvci fungiformes I. B. fucus ſubrotundus 3. ſive, fungis affinis Pin. in maris littore reperitur.

Fvmaria bulboſa radice non cavà major Pin. attulit mihi cum flore, menſe Martio D. Tovrnefort, collectam in monte *Serane*, *au Serre de Leſcout*, inter ſaxa.

Fvngvs fœtidus penis imaginem referens Pin. menſe Novembri poſt pluvias reperitur, juxta vinearum margines, verſus *Montels*, *au Puech de la Graille*.

Fvngvs rotundus orbicularis Pin. oritur Maio menſe in ſylvulis, circa urbem.

Fvngvs coralloides cancellatus Clvs. Hist. Ap. Alter. auct. autumno, in pinetis, & locis uliginoſis vidimus.

Gallivm paluſtre album Pin. in foſſis lateræ copioſum invenimus, à Gallio albo Ad. multum diverſum.

Gladiolvs major flore purpuro ruben-

Pin. Iunio menſe florentem legimus, in pra s lateræ; qui vulgari major eſt, floribus iam majoribus, & elegantioris coloris; an ſit varietas quæ à loco dependeat, dubito.

Gramen paniculatum minimum molle. Palmaris, at tempeſtate humidâ, bipalmaris eſt planta, annua, radiculas habens fibroſas; culmum, duobus, aut tribus articulis diſtinctum; in ſummitate oritur panicula expanſa, ex pluimis glumulis, mollibus, albicantibus compoſita, quæ ob paruitatem vix deſcribi poſſunt. In luco gramuntio Aprili, & Majo menſibus reperitur, ſub ciſto, & ilicibus.

Gramen aquaticum paniculatum latifolium Pin. in foſſis aqua plenis circa *Lunel*, Septembri menſe invenimus.

Gramen album capitulis aculeatis Italicum C. B. Theat. Botan. part. 1. ubi figura optimâ eſt; in maritimis, Iuxta lateræ ſtagnum, cum kali geniculato copiosè æſtate reperitur.

Gramen paniculâ ſparſa lutea loliacea. Annuum iſtud Gramen folia piloſa habet; culmum cubitalem, cui innaſcitur panicula, è plurimis ſpicis loliaceis, uncialibus, ſparſis, parum barbatis, compoſitâ, flores lutei ſunt. Invenimus Maio menſe, in pratis, ultra *la Garrigue du Terrail*, viâ, qua itur *Saint Iean de Vedas*.

Helichrysum Sylveſtre flore oblongo Pin. poſtquam locum inviſi à Lob. notatum, inter Monſpelium, & *Semieres* à

V

inveni copioſam ſtœchadem odoratam purpuream Pelitex; quæ ibi multo minor eſt, quam in monte Cetio, & *la Colombiere*; unam tamen, & eamdem plantam eſſe exiſtimavi.

Hieracium fruticoſum latifolium dentatum glabrum Pin. illud quod invenimus, in elatis, & lapidoſis vinearum ſepibus, inter lucum Gramuntium, & *Vauguieres* autumno florens, non eſt glabrum; ſed ut dicit Clus. quadam lanugine obſitum; vocatque *Hieracium* Maius latifolium ſecundum.

Hieracium montanum lacinatum, lanuginoſo folio Pin. hierac. folio hedypnoidis Clus. oritur in declivibus herbidis montis *Suranë* qua parte Septentrionem ſpectat.

Hordeum diſtichon Pin. permixtum cum polyſticho in ſatis Maio menſe cum ſpicis reperitur.

Iacea Meliteniſis capitulis conglobatis Paul. Bocc. ea eſt quæ incautè nominata fuit in noſtro Botanico, Iacea ſicula cichorij *folio* Bocc. in ſatis montis ceti oritur.

Iacea oleæ folio capitulis ſimplicibus Pin. Illam legimus in declivibus herbidis montis *Capouladou*.

Lactuca. Sylveſtris anguſto lacinato folio. Radicem habet rectam, albam, ad latera fibroſam; quæ plurima folia producit; in orbem diſpoſita, glabra, viridia, coſta media alba ita diſſecta, ut alata dici poſſint; caulis ſit cubitalis, in alios minores, ad latera bra-

biatus, in quibus oriuntur folia ſine pediculis, quorum inferiora alata ſunt, rigidiuſcula, & a oblongum folium acutum veluti lanceæ ferrum, abeuntia, ſuperiora anguſtiſſima ſunt, non diſſecta, caulis partem ambientia cum duabus auriculis; flores e calicibus ſquammosis, quaſi ſpicatim diſpoſiti, aliquando duo, tres, & plures ſimul, multà habentes petala, exterius, purpuraſcentia, intus languidè lutea in extremitate dentata; ſemen longum, fuſcum, papposum; Planta lacteſcit, & amara eſt. In foſſis ſatorum copioſe reperitur cum flore, Iulio & Auguſto menſibus, imo & autumno, verſus *Perauls*, & alijs multis in locis circa urbem; examinandum an à I. B. & C. B. ſub chondrillis deſcripta fuerit. An lactuca ſylveſtris altera anguſtiore folio Hort. Reg. Par.

Lamium maximum ſylvaticum foetidum Pin. Vrtica heraclea Lvgd. illud attulit mihi florens D. Iolly Doctor Medicus Maio menſe collectum juxta fluvium *Herau* prope oppidum Gignac.

Lapathum vulgare ramoſum Maius. Lapathum acutum I. B. quod in noſtro Botanico primum poſuimus, Sed quia diverſas ſpecies circa Monſpelium obſervavimus, quæ vix ob deſcriptionum brevitatem diſtingui poſſunt illas deſcribere neceſſarium eſſe putavimus. Iſtud igitur lapathum, folia habet longa, acuta, quandoque ſinuata; caulem in plurimos ramos diviſum; flores muſcoſos, quibus ſuccedunt ſe-

Digitized by Google

guendam : ſaltem noſtra antequàm caulem proferat, quædam habet folia prope terram ſubrotunda, quæ caulеſcente plantà, marceſcunt; & folia lini nullomodò ſerrata producit, ut in figura C L V S. videre eſt.

CARDVVS ſtellatus folijs integris ſerratis. Differt præcipuè à carduo Stellato folijs papaveris erratici PIN. foliorum formà, quæ in noſtro integra ſunt, cum in alio ſint valdè diſſecta; an CARDVVS Stellatus DALECH. LVG. cuius nec figura, nec deſcriptio huic multum conveniunt. Illum debemus clariſſimo viro D. TOVRNEFORT, Doctori Medico, Botanico diligentiſſimo, & oculatiſſimo, cuius indefeſſis laboribus, adornatur, & augetur hortus regius Pariſienſis; curà, & vigilantià ILLVSTRISSIMI D. FAGON. Regis Conſiliarij, & defunctæ GALLIARVM ET NAVARRÆ REGINÆ Archiatri, Botanicorum Mæcenatis; invenit autem juxta rivulum dictum *Viſtre*, inter *Candiac*, & *Vauvert*.

CARLINA caulifera, & acaulos I. B. in depreſſis, & lapidoſis locis montis *Serane* invenitur.

CAVCALIS dauci Sylveſtris folio, echinato magno fructu. Folia habet dauci Sylveſtris hirſuta; caules ſtriatos, villoſos; flores umbellatos, albos, fructus Magnos, echinatos, purpuraſcentes. Figura lappullæ canariæ flore minore I. B. quam ad caucalidem arvenſem echinatam, parvo flore, & fructu PIN. retu-

Digitized by Google

imus ; Iſtam ſatis repreſentaret, ſi echinos majores haberet. Miſſa fuit nomine, Caucalidis echinophoræ majoris Col. ſed quia jam Col. non habeo præ manibus, an ab illo deſcripta fuerit, dicere non poſſum. Reperitur in ſatis circa Gramuntium, & Salenovam.

CHAMÆCERASVS dumetorum fructu gemino rubro PIN. Periclymenum alterum Allobrogum, Cornus fæminæ effigie A. D. oritur in monte *Serane à la Combe de Leques*.

CICVTARIA paluſtris tenuifolia PIN. Phellandrium LVGD. in foſſis aquâ plenis circa Lunel, & in rivulo dicto *Viſtre*, verſus *Candiac* Sæpius Collegimus.

CISTVS folio Plantaginis major. Tuberaria major MYCON. TVBERARIA noſtras I. B. eandem cum minori arbitratus fueram, cum LVGD. qui utramque plantam confundebat, ſed poſtquam iſtam inveni florentem Maio menſe in incultis locis circa *Vauvert* pagum, diverſam eſſe cognovi ; & à MYCON. utramque miſſam DALECH, quod rapſodus non noverat. Radix vivax plura capitula, cum folijs hirſutis producit, quæ in caule glabra ſunt.

CISTVS humilis, vel chamæciſtus repens ſerpillifolio luteus PIN. juxta viam quâ à *Sommieres* itur *Alez* in incultis, inveni Maio menſe florentem. Ab illo multum diverſus eſt, quem in Botanico nominavi Chamæciſtum ſerpilli folio nigricante I. B. quamvis enim nomen ipſi conveniat, flores odoratos non habet,

Digitized by Google

& deſcriptioni ciſti helianthemi flore parvo, luteo I. B. melius quadrat.

Cistvs humilis, vel chamæciſtus nummulariæ folio. Helianthemum ad nummulariam accedens I. B. elegantiſſimus eſt iſte chamæciſtus quem in deuexis locis montis *Capoulадou* invenimus.

Consolida media pratenſis hirſuta Hort Reg. Paris. Conſolida media Genevenſis I. B. in declivibus herbidis montis *Capouladou*, & montis *Serane*, frequens oritur.

Corallina fiſtuloſa fragilis lævis I. B. in maritinis à fluctibus eiectam, ſæpè collegimus.

Cyanvs montanus latifolius Pin. in declivibus herbidis montis, *Serane* Iunio menſe, cum floribus cæruleopurpureis, aliquando ſolum purpureis conſpicitur.

Cynoglossa folio virenti I. B. cuius figura tranſpoſita eſt, in herbidis montis *Serane*, juxta rupes Maio menſe cum flore collegimus, vulgaris cynogloſſi folia, trita, & mammis impoſita, inflammationes, & fiſſuras curant.

Davcvs montanus folio fœniculi longiore. Peucedanum pannonicum Clvs. Saxifraga Matth. tenuifolia, & umbellifera I. B. unam eſſe plantam exiſtimo, quamvis dubitaverit I. B. an eſſent diverſæ; verum quidem eſt in noſtro dauco folia eſſe longiora fœniculo, ſed breviora ſunt peucedano. Reperitur in monte *Capouladou*, copioſum etiam invenimus

uguſto menſe cum ſemine, aſcendendo mon-
:m *Bouſquet*, verſus pagum *Seine*, minorem
ıulto vidimus, circa fontem *Piquet*, qui forte
ſt Gaucalis penæ LVGD; à Selino pumilo
3 LVS. diſtinctus.

DENS leonis folijs radiatis. Folia, e radice
:raſſa nigricante, in orbem pulchrè diſpoſita
habet, prorſus ſupina, ad lacinias, quæ ſibi
fere invicem, ex utraque folij parte, reſpon-
dent, & coſtam ferè attingunt, undulata; in
reliquis convenit, cum dente leonis vulgari;
differt iſte à dente leonis folijs radiatis B.
PRODR.

DORONICVM integro & craſſo hieracij. Folio
an Doronicum helueticum incanum B. PRODR.
radix fibroſa eſt, e quà oriuntur folia pediculis
donata, longa, latiuſcula, ſerrata, craſſa,
ſubtus tomentoſa, ſupra viridia; caulis ſeſqui-
pedalis folia anguſta habens ſine pediculis; flo-
rem fert magnum petalis luteis in extremitate
crenatis, umbonem luteum cingentibus, qui in
pappos abit, floris calix ſtriatus, in baſi, folijs
viridibus coronatur. In herbidis locis montis
Serane frequens eſt, & Iunio menſe floret.

EQVISETVM ramoſum aquis immer-
ſum D. RAIJ. Millefolium aquaticum cornutum
I. B. cuius icon eſt alterius plantæ, copioſum
in ledo amne, & paludibus circa lateram totà
æſtate reperitur.

EVPATORIVM dictum, cannabina aquati-
ca folio non diviſo PIN. verbeſina pulchrio-
re flore luteo I. B. &

EVPATORIVM dictum, Cannabina aquatica folio tripartito PIN. utrumque invenit D. TOVRNEFORT in foſſis laterenſibus, *à la Roubine*, menſe Septembri cum flore.

FVCVS folliculaceus ſerrato folio PIN. SARGAZO ACOST. LVGD. baccis onuſtum, Septembri menſe collectum e maritimis, attulit mihi peritiſſimus Pharmacopæus Monſpelienſis David EVSTACHIVS, aceto, & ſale conditus, ejuſdem eſſe ſaporis cum fœniculo marino, refert LVGD.

FVCI fungiformes I. B. fucus ſubrotundus 3. ſive, fungis affinis PIN. in maris littore reperitur.

FVMARIA bulboſa radice non cavà major PIN. attulit mihi cum flore, menſe Martio D. TOVRNEFORT, collectam in monte *Serane*, *au Serre de Leſcout*, inter ſaxa.

FVNGVS fœtidus penis imaginem referens PIN. menſe Novembri poſt pluvias reperitur, juxta vinearum margines, verſus *Monteils*, *au Puech de la Graille*.

FVNGVS rotundus orbicularis PIN. oritur Maio menſe in ſylvulis, circa urbem.

FVNGVS coralloides cancellatus CLVS. HIST. AP. ALTER. auct. autumno, in pinetis, & locis uliginoſis vidimus.

GALLIVM paluſtre album PIN. in foſſis lateræ copioſum invenimus, à Gallio albo AD. multum diverſum.

GLADIOLVS major flore purpuro ruben-

te Pin. Iunio menſe florentem legimus, in pratis lateræ; qui vulgari major eſt, floribus etiam majoribus, & elegantioris coloris; an ſit varietas quæ à loco dependeat, dubito.

Gramen paniculatum minimum molle. Palmaris, at tempeſtate humidà, bipalmaris eſt planta, annua, radiculas habens fibroſas; culmum, duobus, aut tribus articulis diſtinctum; in ſummitate oritur panicula expanſa, ex plurimis glumulis, mollibus, albicantibus compoſita, quæ ob paruitatem vix deſcribi poſſunt. In luco gramuntio Aprili, & Majo menſibus reperitur, ſub ciſto, & ilicibus.

Gramen aquaticum paniculatum latifolium Pin. in foſſis aqua plenis circa *Lunel*, Septembri menſe invenimus.

Gramen album capitulis aculeatis Italicum C. B. Theat. Botan. part. 1. ubi figura optimà eſt; in maritimis, Iuxta lateræ ſtagnum, cum kali geniculato copioſè æſtate reperitur.

Gramen paniculà ſparſa lutea loliacea. Annuum iſtud Gramen folia piloſa habet; culmum cubitalem, cui innaſcitur panicula, e plurimis ſpicis loliaceis, uncialibus, ſparſis, parum barbatis, compoſita, flores lutei ſunt. Invenimus Maio menſe, in pratis, ultra *la Garrigue du Terrail*, vià, qua itur *Saint Iean de Vedas*.

Helichrysum Sylveſtre flore oblongo Pin. poſtquam locum inviſi à Lob. notatum, inter Monſpelium, & *Semieres* à

V

inveni copioſam ſtœchadem odoratam purpu-
ream PELLYER; quæ ibi multo minor eſt,
quam in monte Cetio, & *la Colombiere*; unam
tamen, & eamdem plantam eſſe exiſtimavi.

HIERACIVM fruticoſum latifolium den-
tatum glabrum PIN. illud quod invenimus, in
clivis, & lapidoſis vinearum ſepibus, inter lu-
cum Gramuntium, & *Vauguieres* autumno
florens, non eſt glabrum; ſed ut dicit CLVS.
quadam lanugine obſitum; vocatque Hiera-
cium Maius latifolium ſecundum.

HIERACIVM montanum laciniatum,
lanuginoſo folio PIN. hierac: folio hedypnoi-
dis CLVS. oritur in declivibus herbidis montis
Sirant qua parte Septentrionem ſpectat.

HORDEVM diſtichon PIN. permixtum
cum polyſticho in ſatis Maio menſe cum ſpicis,
reperitur.

IACEA Melitenſis capitulis conglobatis
PAVL: BOCC. ea eſt quæ incautè nominata fuit
in noſtro Botanico, Iacea ſicula cichorij folio
BOCC. in ſatis montis ceti oritur.

IACEA oleæ folio capitulis ſimplicibus PIN.
illam legimus in declivibus herbidis montis
Capouladou.

LACTVCA. Sylveſtris anguſto laciniato
folio. Radicem habet rectam, albam, ad late-
ra fibroſam; quæ plurima folia producit; in
orbem diſpoſita, glabra, viridia, coſta media
alba ita diſſecta, ut alata dici poſſint; caulis
eſt cubitalis, in alios minores, ad latera bra-

chiatus, in quibus oriuntur folia ſine pediculis, quorum inferiora alata ſunt, rigidiuſcula, & in oblongum folium acutum veluti lanceæ ferrum, abeuntia, ſuperiora anguſtiſſima ſunt, non diſſecta, caulis partem ambientia cum duabus auriculis; flores e calicibus ſquammoſis, quaſi ſpicatim diſpoſiti, aliquando duo, tres, & plures ſimul, multà habentes petala, exterius, purpuraſcentia, intus languidè lutea in extremitate dentata; ſemen longum, fuſcum, papposum; Planta lacteſcit, & amara eſt. In foſſis ſatorum copioſe reperitur cum flore, Iulio & Auguſto menſibus, imo & autumno, verſus *Perauls*, & alijs multis in locis circa urbem; examinandum an à I. B. & C. B. ſub chondrillis deſcripta fuerit. An lactuca ſylveſtris altera anguſtiore folio Hort. Reg. Par.

Lamium maximum ſylvaticum foetidum Pin. Vrtica heraclea Lugd. illud attulit mihi florens D. Iolly Doctor Medicus Maio menſe collectum juxta fluvium *Herau* prope oppidum Gignac.

Lapathum vulgare ramoſum Maius. Lapathum acutum I. B. quod in noſtro Botanico primum poſuimus. Sed quia diverſas ſpecies circa Monſpelium obſervavimus, quæ vix ob deſcriptionum brevitatem diſtingui poſſunt illas deſcribere neceſſarium eſſe putavimus. Iſtud igitur lapathum, folia habet longa, acuta, quandoque ſinuata; caulem in plurimos ramos diviſum; flores muſcoſos, quibus ſuccedunt ſe-

Digitized by Google

mina triquetra, ternis involucris in ambitu pulchrè ſerratis, concluſa, ubique paſſim conſpicitur.

Lapathum pulchrum bononienſe ſinuatum I. B. Lapathum Pariſienſe ſinuatum Hort. Reg. Par. vulgare illud etiam eſt juxta urbem, & à priori differt, quod folia obtuſiora, & magis ſinuata habeat.

Lapathum pratenſe capite comoſiore. Folia habet longa, anguſta, leviter ſerrata, & ſinuata, caulem cubitalem, in quoſdam ramos diviſum; in quo flores muſcoſi, copioſi, luteſcentes; ſemina ſunt triquetra ternis membranaceis folijs, non ſerratis, incluſa, copia, & magnitudo, membranaceorum foliorum, eſt in cauſâ, eur capite comoſiore (aliorum habito reſpectu) dixerim. Maio & Iunio menſibus in pratis lateræ, & alijs locis humidis, paſſim reperitur.

Laſerpitium Gallicum Pin. illud copioſum inveni menſe Auguſto, cum ſemine, verſus pagum *Seine*, aſcendendo in montem *Bouquet*, inter *Alez*, & *Vſez*, urbes ſitum; olim inveneram prope Maſſiliam undè Lobelio miſſum fuerat, cuius figura vitioſa eſt. Multo minorem etiam vidimus in ſterilibus locis, eundo *à l'Hermitage de Saint Guilhen*, & in monte *Serane à la Combe du Bois de Ganges.*

Lenticula paluſtris bifolia, fructu tetragono Pin. in rivulo circa *Lunel*, prope molendinum inveṇimus.

Digitized by Google

Lenticula aquatica triſulca Pin. eam collegimus in foſſis aquâ plenis verſus lateram, quà itur ad prædium, dictum *Fangouſe*.

Lenticula paluſtris latifolia punctata Pin. invenit iſtam D. Tovrnefort, Auguſto, & Septembri menſibus, in paludibus laterenſibus verſus locum dictum *Maupas*.

Libanotis latifolia aquilegiæ folio Pin. Siler Aquilegiæ folijs Moris. reperitur ſub corylis, *à la Combe de Leques*, in monte *Serane*

Lilivm Convallivm album Pin. in monte *Serane*, loco dicto *la Combe de Leques*.

Limonivm fruticoſum. Limonium fruticoſum hirſutum Bocc. noſtrum non eſt hirſutum, in reliquis autem convenit. Oritur inter rupes montis ceti, juxta mare.

Lvpinvs ſylveſtris purpureo flore ſemine rotundo, vario, majore.

Lvpinvs ſylveſtris purpureo flore ſemine rotundo vario minore. Vnum deſcribit I. B. nos autem duplicẽ in ijſdem locis naſcentem notavimus, præcipua differentia à ſemine deſumitur.

Malva ſyveſtris folio rotundo Pin. eſt Malua ſylveſtris pumila repens Lvgd. quæ parvum habet florem, quinquefolium, in candido rubentem, ut dicit Lvgd.

Malva ſylveſtris folio ſinuato Pin. Malva ſylveſtris major Lvgd. Flores majores ſunt, quinquefolij, roſis ſylveſtribus ſimiles, ut idem dicit Lvgd. in ijſdem locis creſcunt. Has malvæ ſpecies clarius hic diſtinguimus quam in Botanico noſtro.

Digitized by Google

Melampyrum luteum latifolium Pin. Parietaria ſylveſtris 2. Clus. ſparſim in herbidis montis *Serane* oritur.

Millefolium aquaticum flore luteo galericulato I. B. pulcherrimam iſtam plantam invenit D. Tournefort Iulio menſe florentem, in foſſis laterenſibus, verſus *Maupas*; quæ rectius vocaretur, linaria paluſtris lutea millefolij aquatici folio.

Myagrum Monoſpermum minus Pin. Aprili, & Maio menſibus reperitur juxta fluvium *Viſtre*, circa *Candiac*.

Nymphæa minor lutea flore fimbriato Pin. Iulio menſe floret, in paludibus laterenſibus.

Orchis flore nudi hominis effigiem repreſentans mas Pin. iſtam orchidis ſpeciem, ſic deſcripſeram. Orchis eſt teſticulata, quæ folia inferiora latiuſcula producit, anguſtiora ſunt, quæ caulem ambiunt, pedalem, viridem, at in extremitate verſus ſpicam purpuraſcentem; flores inſident pediculis purpuraſcentibus, qui fere ſimul aperiuntur, & denſè agglomerati, paniculam efficiunt brevem; horum autem unuſquiſque galeam habet (unde ex earum eſt genere quas militares vocant) magnam, triſidam, punctis, & lituris ſanguineis, in albo variegatam; labrum autem inferius, obſcurum quidem; at elegantem humanorum artuum diviſuram habet, brachia nempe, & crura ſanguinea, antrorſum incurva, ideo dicit col.

Digitized by Google

brachijs eſſe incurvis, veluti hominis amplecari cupientis. Exiguus quoque proceſſus, qui inter crura conſpicitur, maris, huic nomen dedit; corporis truncus, punctis etiam Sanguineis in albo notatus eſt; caput majuſculum, ſub galea latitans, primo intuitu, oculis, & ore præditum videtur, quamvis ut addit Col. revera monſtroſum ſit; adſunt denique calcaria, obtuſa, pedicellis incumbentia. Floret Aprili menſe in herbidis locis circa *Caunelle*, & alijs, raro tamen invenitur.

ORCHIS Montana italica flore ferrugineo lingua oblonga B. PROD. Maio menſe floret in Pratis, & paſcuis, ad dexteram luci Gramuntij ſitis circa prædium dictum *de Quintin*.

ORCHIS parvis floribus multis punctis notatis I. B. Verſus Maij menſis finem florentem invenimus, in herbidis locis Montis *Caponladou* juxta fluvium *Heraum*.

ORCHIS Palmata anguſtifolia minor odoratiſſima B. PROD. nondum à me viſam dixeram in Botanico; invenimus jam Maio menſe florentem in Pratis Salenovæ ad lævam ſitis. Odorem habet ſuavem, qualem ſtyracis liquidæ.

OROBUS Sylveſtris Anguſtifolius aſphodeli radice P I N. orobus pannonicus 3. C L U S. in monte *Serane* juxta frutices Iunio menſe floret.

POLYGALA Valentina prima C L U S. coroniſſa; ſive colutea minima L O B. Maio menſe floret, in monte *Caponladou*, à *las Cambrettes*.

PLANTAGO Latifolia incana P I N. in her-

bidis locis, montis *Serane* reperitur.

Porvs Anguinus I. B. cum ſit veluti incruſtatio adhærens radicibus Plantarum, quæ à mari reijciuntur, non rectè inter plantas collocatur; in littore, cum alijs maris purgamentis, collegimus.

Potamogeton minus folijs denſis, mucronatis, non ſerratis. Fontalis media lucens I. B. Iunio menſe reperitur cum flore, & ſemine, in aquis, circa lateram.

Potamogeton minus muſco ſimile. Fontalis minor lucens I. B. in aquis, circa lateram, Iulio menſe vidimus.

Pvlsatilla folio craſſiore, & majore flore Pin. in monte *Serane* copioſam Collegimus.

Ranvncvlvs nemoroſus albus B. Phytop. ran. phragmites albus I. B. oritur in declivibus locis, montis *Serane*, quà parte Septentrionem ſpectat.

Ranvncvlvs montanus folijs plantaginis Pin. ran. phæniceus Mycon. Lvgd. in herbidis locis, montis *Serane*, cum floribus luteis, Maio menſe Collegimus.

Rvbvs ſaxatilis alpinus Clvs. chamærubus ſaxatilis Pin. in monte *Seráne* reperitur, *à la Combe du Bois de Ganges.*

Scabiosa major ſquamatis capitulis Pin. centaurium collinum Gesn. I. B. oritur in monte *Serane*, & vicinis locis campeſtribus.

Scamoniæ Monſpelienſi affinis, folijs acutioribus

ioribus PIN. in maritimis, juxta juncos epit.

SERPILLVM citri odore PIN. citratum TAB. in monte *Serane, à la Combe de Leques*, locis præcipuè, à ſole illuſtratis.

SIDERITIS arvenſis latifolia glabra PIN. in vervactis circa *Lunel*, & *Somieres*, Septembri menſe floret.

SPONGIÆ ramoſæ varietas BOCC. ſimilem habemus petræ innatam, à piſcatoribus, e mari delatam.

TELEPHIVM vulgare PIN. invenitur in monte *Serane, à la Combe de Leques*.

THLASPI umbellatum arvenſe iberidis folio PIN. oritur in monte *Serane*, ſuperato loco dicto *La coſte de Meyanel*, cum pœonia fœmina permixtum.

THLASPI alpinum Bellidis cæruleæ folio PIN. Thlaſpi Montanum ſecundum CLVS. creſcit in eodem monte *Serane*, juxta rupes umbroſas.

THYMÆLEA folijs polygalæ glabris PIN. Sanamunda viridis, vel glabra eiuſdem in PRODR. oritur ultra *Saint Paul* pagum, eundo ad oppidum *Gignac*, in locis incultis, & Maio menſe floret.

TITHYMALVS Lithoſpermi majoris folio. Oritur in Pratis Salenovæ, & laterenſibus; radix, quæ repit, plurimos producit caules cubitales; in quibus folia ſeſquiunciam longa, lithoſpermi majoris, ſed anguſtiora, confertim naſcuntur; quæ videntur glabra, quamvis breviſſimis

Digitized by Google

pilis donata ſint; flores, & ſemina ſunt, ut in alijs ſpeciebus.

TITHYMALVS ſive eſula exigua PIN. melius ad iſtum jam reducam Tithymalum annuum pityuſæ facie LOB. OBS. quam fecerim in Botanico, ad Tithymalū annuum linifolio acuto, autumno cum flore, & ſemine, in vervactis circa urbem reperitur.

TITHYMALVS montanus non acris PIN. eſula dulcis TRAG. Pityuſa, ſive eſula minor altera floribus rubris LOB. OBS. in locis herbidis montis *Serane* oritur.

TRAGOPOGON. ſive ſcorzonera latifolia altera PIN. ſcorzonera major pannonica CLVS. creſcit in herbidis montis *Serane*, ubi multo etiam anguſtioribus folijs invenimus.

TRAGOPOGON. ſive ſcorzonera humilis craſſiore folio. Radix eſt craſſa, brevis, fibroſa, quæ in plura capita dividitur; e quibus multa naſcuntur folia longa, anguſta, craſſa, glabra, inter quæ ſurgit caulis palmaris, cavus; florem in faſtigio ferens flavum, ſcorzoneræ modo ſquamatum, ſed minorem; ſemen etiam minus. In Pratis ad lævam lateris, verſus ſtagnum Maio menſe floret, an hieracium 7. CLVS. HIST. quod in PIN. bis ponitur primo ſub ſcorzonera anguſtifolia altera, ſecundo ſub hieracio tragopogonis folio.

TRAGOPOGON. apulum humile hirſutum COL. invenitur in planis herbidis, montis *Serane*, Junio menſe cum flore.

Tragopogon. purpurocæruleum crocifolium Pin. in ijſdem locis, & eodem tempore floret.

Valeriana alpina minor B. Prodr. in monte *Serane*, primo vere floret, ſuperato loco dicto *La Coſte de Meyanel*.

Vicia. ſepium perennis I. B. in monte *Serane* ſparſim reperitur.

Vicia perennis multiflora, majori flore cæruleo ex albo mixto. Caules habet cubitales; plurima folia longa, anguſta, in acumen deſinentia, villoſa, ex articulis naſcentia, pediculos palmares, & bipalmares, florum papilionaceorum ſpicam ſuſtinentes; octo, vel decem numero, qui majores ſunt, quam in alijs viciarum ſpeciebus, à nobis viſis; pars floris ſuperior, eſt cæruleo violacea, inferior alba, ita ut ex cæruleo, & albo ſit mixta; ſiliquæ latæ ſunt; ſemen maturum non vidimus, radix ſerpit, oritur in devexis herbidis montis *Serane*, & Iulio menſe floret. Si hæc eſt vicia onobrychidis flore B. In Prodr. eius deſcriptio valde manca eſt.

Addimus *huic Appendici plantas quaſdam rariores, quas non deſcriptas arbitramur.*

Bellis montana major folijs chryſanthemi cretici anguſtioribus. Radices fibroſæ, perennes; plurimos caules producunt, cubitales, ſtriatos, in ramulos diviſos, folia ſecundum ra-

mulos, in profundas lacinias diviſa ſunt, & variè diſſecta, extremis ramulis, flos magnus inſidet, cuius pars inferior, ex plurimis foliolis viridibus, ſquamatim diſpoſitis componitur; ambiunt umbonem luteum. pluſquam triginta petala alba, in extremitate leviter ſerrata; ſemen habet aliarum more; florentem inveni Iulio menſe, in depreſſis, & fere inacceſſis locis montis calcaris, in loco dicto, Barroc, juxta fluvium.

Helichrysum africanum inodorum glabrum. Annua eſt planta, quæ caulem habet cubitalem, variè diviſum, in quo folia indiſcriminatim oriuntur glabra, craſſa, diſſecta, in extremitate trifida, inodora, flores in umbella corymbacea helychriſi matth. modo, quorum quodlibet capitulum, e numeroſo floſculorum luteorum, quinque partitorum agmine componitur; ſemen ut in helichryſo Matt. ex inſula Tabarco, cum alijs plurimis in horto, menſe Iunio floruit.

Lychnis minima hiſpida noctiflora. Pedalis eſt planta, annua, quæ folia habet ad articulos bina, anguſtiſſima hiſpida, in ramulorum ſummitatibus calices emittit, pediculis uncialibus donatos, ſtriatos, flos albus eſt pentapetalos, petalis in medio profundè diviſis; cum ſtaminibus, & apicibus; noctu tantum aperitur, matutinis horis clauditur, & intro recurvatur; ſemen in utriculis oblongis, parvum, reniforme, cerei coloris; viſcoſa eſt & Iunio menſe

Digitized by Google

floret. Barcinonæ collectam D. SALVADOR pharcopæus miſit.

PENTAPHYLLOIDES fragariæ folio. Plurima folia producit longis pediculis donata, fragariæ modo trifolia, oblonga, rugoſa, villoſa, ſerrata, & obſcure virentia, caulem pedalem, rotundum, villoſum, ad articulos foliatum, flores plurimi, pediculis inſident pentapetali, lutei, retuſi, & cordati; cum apicibus luteis; flori ſubiacet duplex foliorum viridium ordo, quilibet ex quinque foliolis compoſitus, ſemina in capitulum congeſta, ſunt, parva, & ſtriata, nata mihi eſt planta ſemine ex Anglia accepto.

PIMPINELLA ſaxifraga maxima africana, cum noſtris plantis, quas ex inſulà TABARCO nacti ſumus; iſta elegans pimpinella crevit, quæ radicem habet craſſam, in plurima capita diviſam, folia pimpinellæ, lobata, ſed latiora, ad paſtinacam ſylveſtrem latifoliam, accedentia, ſerrata, ſupra glauca, ſubtus leviter piloſa, caulem erigit bicubitalem, & tricubitalem, quaſi junceum, in multos ramulos diviſum, ad quorum articulos oritur folium parvum, longum; umbellæ conſpiciuntur plurimæ; parvæ, pro plantæ magnitudine, quas componunt capitula lutea, cum ſtaminibus albis, hæc capitula ſunt rudimenta ſeminum, quæ ſuccedunt bina ſimul juncta, ut in pimpinella ſaxifraga, ſed majora.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHEEK RUG VOORLOPIGE BOEKKAART

Digitized by Google

Digitized by Google